





5081.

33.

1686, 1

23


DISPUTATIO JURIDICA;
 DE
 EO, QVOD JUSTUM EST
 Circa
NUPTIAS,

Quam
 Annuente DEO
 &
 Magnifico & Consultor. Ordine approbante,
 IN
 CELEBERRIMA GRYPHICA,
 PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO ET CONSULTISSIMO,
DN. JACOBO BALTHASARIS,
 J. U. D. Et Professore Extra-Ord. ut & Moraliū
 & Historiarum Ordinario,
 Patrono ac Præceptore suo, ætatem de-
 venerando

IN AUDITORIO MAJORI,
 Horis antemeridianis consuetis publice ventilan-
 dam exhibet

CHRISTIANUS LIVONIUS,
 Darguno-Megapolitanus.
 AUTOR & RESPONDENS.



D. 17 MAJ. ANNO MDC LXXXVI.

33.

7



DISPUTATIO JURIDICA
DE
EO, QUOD JUSTUM EST
CIVIS

GENEROSO & PRÆNOBILISSIMO,
DOMINO,
FRIDERICO ADOL-
PHO^{ab} HANSEN,
DICASTERII REGII PER POME-
RANIAM CITERIOREM CONSILIARIO
GRAVISSIMO,
PATRONO AC PROMOTORI
SUO MAGNO
HANC SUAM
DE
EO, QUOD JUSTUM CIRCA NUPTIAS,
DISPUTATIONEM
DEBITA ANIMI REVERENTIA
OFFERT ATQUE CONSECRAT
CHRISTIANUS LIVONIUS.

CHRISTIANUS LIVONIUS
AUCTOR & REVISOR
CIVIS

33

Tu DEUS esto P. M. & F.

PRÆLOQUIUM.



M Agnum sanè excellensq;
donum à DEO Creatore sapientissimo
mortalibus indultum, Matrimoni-
um est, quod non modo natura,
mortis ingluviei obnoxia opem fert,
humanog; generi, ne depascatur &
minù depercat, perpetuitatem elar-
gitur, dum ex filiorum procreati-
one immortalitatem artificiosè neçtit
sed beata vitæ commodis id ipsum abundè condecorat. Unde
meritò nihil in rebus mortalium eò est jucundius utiliusq;, quip-
pe ex quo liberi, omnisq; deinceps Sobolis existit series, Civi-
tates ac Regna, Civium adiectione ampliantur, & deniq; opti-
ma Reipublica coagmentatio fit. Cum verò in Jure, quod est
circa hanc materiam, multa occurrant, quibus prolixiorè im-
pendisè explicationem opera pretium duxi, præsentem de hoc the-
mate conscribere Disputationem constitui, haut quicquam ve-
ritus ringentem Momum, vulgaria & quotidiana, secus ac Pau-
lus JConsultus in l. 25. ff. de liberat. legat. superciliosè fastidi-
entem. Ut autem rectè & perspicuè nec manibus (ut ajunt
illotis) hæc Nuptiarum sacra tractem, præmissa summi, omni-
um rerum Moderatoris, humillimâ invocatione, ut Spiritus
sui sanctissimi auxilio laboribus meis adfistere velit, ad Onoma-
tologiam primò me convertito. Nemo enim feliciter rem ipsam
penetrabit, nisi nomine prius exactè cognito, monente Imperato-
re in l. 1. ff. de J. & J. Sit igitur in nomine & sub auspicio JESU
felix initium, sic medium & finem tutò sperabo felicissimum.

CAPUT I.

DE

NUPTIARUM DEFINITIONE NOMINALI,

Nuptiarum Etymologia 1.

Obvelationis ratio 2.

Varia acceptio vocis nuptiarum 3.

Solennit: nupt: divers: Gent: remissive 4.

Dierum & mensum selectus apud Roman: 5.

Quod dies dicati nuptiarum solennibus 6.

Dies desponsationis 7.

Sub-arrhatio sponsæ 8.

Opinio aliorum 9.

Dies Nuptiarum 10.

Solennitates hujus diei 11.

Sponsam rari e gremio Matris quæ sit ratio

Deductio sponsæ 13.

Uxor unde dicta 14.

Convivium Nuptiale 15.

Repotia quid significant 16.

Modi imperator quis 17.

Sportule nuptiales 18.

Quo tempore hodie sint interdicta Nuptia

Benedictio sacerdotalis an sit de substantia
matrimonii 20.

Tempora publici luctus an impediunt nupti-

Quo respectu nuptiar. vox pertinet ad bru-

Matrimonium est Jur. civilis 23.

Jure Can: refertur inter 7. Sacramenta 24

An recte 25.

Matrimonium solis hominibus proprium

DEUS est Præsul & custos Conjugii 27.

Clerici an possint ducere uxores 28.

Matrimonium unde dictum 29.

Obiectio 30.

Refellitur 31.

Fundamenta responsionis 32.

Conjugium unde dicitur 33.

Conjux pro Conjuncta 34.

Sensus Mysticus 35.

Connubium unde 36.

Nubere olim mares dicebantur 37.

Postea tn. non sine aculeo 38.

Ducere quandoq. feminis tribuitur 39.

Vocabulum Ehe vel Ehe-stand unde 40.

Consortium maritale dicuntur Nuptia 41.

Et quare? 42.

Uxor non est famula mariti sed socia 43.

Ratio glossæ 44.

Mulier subjecta imperio Mariti 45.

Quo jure & quousq. 46.

Conjugium est veluti Monarchia Aristoc-
ratia mixta 47.

Obsequium & reverentiam debet uxor 48.

Communio uxorum Platonica an defendi
potest 49.

Quid commodi ad uxorem redundet 50.

An possit verberibus affici à marito 51.

An adultera impune interfici 52.

Mulier an sit homo 53.

Iniqua in hunc sexum scommata 54.

An in statu integritatis subdita uxor mari-
to fuisset 55.

Politia inter ipsos Angelos servatur 56.

Dissentiente utroq. præfertur voluntas ma-
riti 57.

Aptitudo imperandi non tribuit imperium

Laus fæminarum 59.

Exempla Abigaelis & Disæ 60.

Jure civili quando melior est conditio fæ-
minarum 61.

Gravida mulier nec afficienda supplicio
nec torquenda 62.

Nequidem intra 40. dies post editum par-
tum 63.

An relegari possit 64.

An tenetur jurare? 65.

Quibus casibus deterior fæminarum con-
ditio 66.

Quando par conditio utriusq. sexus 67.

Uxor vocatur domina 68.

Laus urbanitatis 69.

Uxor non ultra titulum domina 70.

Dicuntur

§. 1.

Dicuntur Nuptiæ à Nubendo i. e. velando, inde, quod more Veterum, Sponsa in Mariti domum deducenda velamine quodam (quod flammeum dicebatur, cujusq; imaginem exhibet *Jacob. Laur. in Roma. Antiqu. pag. 24.*) sese obnubebat i. e. obtegebat vel obvelabat. Rationem non unam reperire licet. Non placet, quod quidam ajunt, ideo velandum esse caput Mulieris, quia hæc non sit imago Dei, *Can. 13. Caus. 33. qst 5. & seqq.* & prævaricatio per illam inchoata dicatur *Can. 19. ibid.* Quorum applicant verba Apostoli *i. ad Cor. XI. 5. & seqq.* verantis, Mulierem aperto capite orare: & Canonem, quo Anathema fit, quæ sibi commam amputavit, quasi capite sic nudato, memoriam subjectionis resolvens. *Can. 2. Dist. 30.* Melior illa, quod flammeum vel sit signum virginis pudoris ac verecundiæ, quæ nuptias præcedere debet *Can. 7. & 8. Caus. 30. qvæst 5.* (sicuti enim non est virginis pudoris, eligere Maritum, ita merito verecundiam præmittit Mulier, antequam nubat, ut ipsum conjugium plus commendet verecundiâ. *Can. 13. Caus. 32. qvæst. 2.*) Vel etiam, ut Sponsa sub isthoc, subjectionis suæ symbolo, gratior fieret Marito & humilius sese commendaret *d. can. 7. caus. 30. qvæst. 5.* Exemplo *Rebecæ Genes. 24, 64. & seqq.*

§. 2.

Sumitur Nuptiarum vox tripliciter (1.) pro festivitate & solennitate nuptialis diei *l. 1. ff. de pact. dotal. l. 24. C. de Nupt.* quæ, uti apud Gentes diversas varia fuit ac diversa, ita vix operæ pretium duco, utilioribus subtrahere tempus & ceremoniis impendere dudum exoletis. Interim de his videri potest *Alexand. ab Alexand. libr. Genial. diæ. 1. cap. 24. & libr. 2. Cap. 5. Kipping. libr. 4. Antiquitat. Romanar. cap. 2. Rosin. libr. 5. Antiquitat. Romanar. Cap. 37. & alii plures.* Pleræq; enim illarum Ethnicismum redolent, superstitione nimia infectæ, quamvis promiscuè omnibus deesse rationem non dixerim. Dierum etiam & Mensum apud Romanos selectum fuisse in propatulo est. Ut enim Kalendæ, Nonæ & Idus omnes Nuptiis religiosæ i. e. vetitæ dies erant, notante & rationes subjungente *Rosino. d. l.* Ita ex contrario oportunum Nuptiis habebatur tempus plenilunii, & quod post Idus Junias sequitur. *Demster. ibid. pag. 955. & 967.* Majo mense à Nuptiis plane abstinebant, hoc enim malas nubere, proverbium erat, teste *Ovid. libr. 5. Fastor*

Mense malas Majo nubere vuigus ait.

A 3

Ceteroquin

6 Cæteroquin tres constituti erant dies, quibus sacra Nuptiarum solennia
 7 tractabant. Primus dicebatur desponsationis, quo sponsalia mu-
 8 tuis contrahebantur stipulationibus, 1. 2. & 3 ff. de sponsal. vid. Briffon: de
 9 formul: libr: 6. pag. 543. Gell. libr. 4. Noct. Atticar. Cap. 4. accedente Arrha
 (unde Sponsus & Sponsa invicem subarrhari dicebantur) seu annulo fer-
 reo, dein crescente luxuriâ, aureo, vid. Kirchman. de annulis. cap. 18. pag. m.
 186 & seq. quem digito quarto sinistrae manus inferi moris erat, quoniam
 10 ex eo digito vena ad cor usq; pertingit. Can. 7. in fin. caus. 30. quæst. 5. Alii
 hunc diem desponsationis tribus illis solennibus non connumerant, sed
 primum statuunt, quò adhibitis auspiciis, pacta dotalia scribebantur &
 subsignabantur. Knich. in opere Polit. libr. 1. cap. 1. th. 17. n. 3. Briffon. d. l. pag.
 11 544. Secundus erat dies Nuptiarum (incivile enim est, pactam
 Sponsam statim tradere sponso Can. 39. caus. 27. quæst. 2.) quò ornabatur
 sponsa, capillo, in honorem Junonis, cuspidè hastæ formato, super in-
 12 positâ ex floribus & herbis coronâ, cincta deinde cingulo laneo, & flam-
 13 meo lutei coloris obnupta. Postea peragebantur sacra, auspiciorum
 14 adhibitione & invocatione Deorum Nuptialium, & deniq; his omnibus
 ordine finitis Sponsa in gremium Matris, vel eâ mortuâ, proximæ adgna-
 15 tæ, se dimittebat, unde per vim simulatam (in memoriam, ut creditur,
 16 raptarum Sabinarum) rapiebatur, & solenniter in domum sponsi dedu-
 cebatur, unctis postibus introitus (unde uxoris q̄. unxoris nomen dima-
 17 navit, vid. in. Strauch. in Dissertat. de Jur. Maritor. in Uxor. Sect. 2 §. 1.) Post
 ipsi tradebantur claves, & convivium nuptiale instruebatur &c. &c. Ter-
 18 tio die restaurabatur convivium, quod in specie Repotia seu Repotatio
 dicebatur. constituto Modimperatore, qui omnia ordinaret ad luxum, &
 19 deniq; munera seu sportulæ nuptiales à convivis dabantur novis conju-
 gibus, sicuti hæc omnia latius exponit prælaudatus Rosinus dict. cap. 37. ibiq;
 Demster. Dn. Knich. dict. loc. cui addi potest Panciroll. libr. 2. Rer. memorab. cap.
 20 1. & alij plures. Hodie quovis anni tempore nuptiæ celebrari possunt, ex-
 ceptis diebus festis, Pommersche Policen-Ordnung / Cap. 10. in fin. pr. &
 tempore adventus Domini, ac quadragesimali, Carpzov. Jurispr. Consistor.
 21 libr. 2. Def. 151. & seqq. modo in cæteris non sit excessus aut defectus, & be-
 nedictio sacerdotalis (ut ut hæc non sit de substantia Matrimonii. Magnif.
 Dn. Stryk. in addit. ad Brunneman, Jus. Ecclesiast. libr. 2. cap. 16. §. 6 pag. 586.)
 legitime accedat, can. 2. caus. 30. quæst. 5. Carpz. Jurisprud. Consistor. libr. 2. De-
 finit. 142. Tempora publici luctus non tam prohibent Nuptias, quam cho-
 reas & solennes nuptialis lætitiæ appendices, id. ibid. Def. 157.

§. 3. Secun:

§. 3.

Secundo Nuptiæ significant ipsam conjunctionem *pr. Inst. de Jur. Natur. Gent. & Civili.* Quo considerandi modo abstractivo, nudo & mere naturali citra ullum ad Jus Gent. Canon. aut Civile respectum, etiam brutis animantibus conveniunt, & perinde est, sive quis unam, sive plures, quibus fecundandis Masculum natura idoneum fecit, sive in perpetuam vitæ societatem, sive ad tempus adsciscat. In illa enim universali Republica, in qua vivit homo ut animal, secundum sensum & appetitum naturalem, sepositâ tantisper lege divinâ & humanâ, necitur ejusmodi discrimen, cum ante legem peccatum nullum sit, *ad Roman. IV, 15. can. 3. caus. 32. quæst. 4. Aristot. libr. 2. Politicor. cap. 1. n. 2. Molina de Just. & Jur. tract. 2. Disputat. 22. n. 1. Grot. de Jur. Bell. & Pac. libr. 2. cap. 5. tit. 8. n. 2.* Ut proinde non tam indigitando Jus, quod morale quid significat, quam actum & appetitum, rectè dicam cum Imperatore *d. pr. Inst. de Jur. Natur. Gent. & Civili.* Matrimonium bruta æq; ac homines inter se contrahere. Prorsus alio respectu Matrimonium est Jur. Civile. *pr. Inst. de Nupt. & Jure Canonico inter septem Sacramenta numeratur. Can. 5. caus. 27. quæst. 2. cap. fin. X. de transact. cap. 1. X. de Sponsa. duor. add. Reces. Imperii de Anno 1548. tit. 21. rubro vom Sacrament der Ehe/ Gerhard. de Conjug. cap. 3. §. 14. seqq. usq; ad §. 40. inclusive,* ubi tamen has Pontificiorum nugas egregie refutavit, quamvis in sensu sano dici possit, signum quoddam, rem sacram non conferens, sed significans. *Brunnemann, de Jur. Ecclesiast. lib. 2. cap. 1. n. 6.*

§. 4.

Tertio denotant Nuptiæ ipsum Matrimonium legitimum (*vid. tn. Colleg. Jur. Argentoratens. ad tit. ff. de R. N. §. 24. n. 6.*) quod in sensu morali & Civili à solis hominibus contrahitur, *l. 1. ff. de R. N. non libidinis aut curiositatis, Tob. 6, 18. & seqq. junct. can. fin. Dist. 23. & can. 5. caus. 30. quæst. 5. sed studio conveniente procreandi sobolem & mutui adjutorii causa.* Quod quidem ingens & laudabile bonum, cujus præsul & Custos ipse DEUS, *can. 4. caus. 32. quæst. 4. & benedictione divinâ stabilitum, Gen. 1, 28.* sat dignis deprædicari laudibus vix poterit, cum generi humano immortalitatem, quam in individuo non poterat, in specie conservet, *Novell. 22. in pr. omnibus omnino Gentibus acceptissimum, nisi quod Pontificii Clericis, can. 1. Dist. 32. can. 19. Dist. 34. & in specie Monachis, qd. mundo mortuis, can. 8. caus. 16. quæst. 1. non tantum Matrimonii usum, verum & conversationem foeminarum, exceptis excipiendis l. 19. C. de Episcop. & Cleric. interdican, can. 17. Dist. 32. & tot. tit. X. de Coniug. Clericor. secundum*

Sum vaticinium Danielis, 12, 37. & verba Apostoli 1. ad Timoth. IV, 3.
Sequitur Synonymia.

§. 5.

29 Dicuntur Nuptiæ aliàs (1) Matrimonium §. v. Inst. de Patria potestate
à Matre, non quidem in statu, sed in ampliacione, i. e. à Matris nomine
non adepto, sed cum spe & omine mox adipiscendo. Gell. libr. 18. Noct.
30 Atticar. cap. 6. Nec movet quod à potiori fieri debeat denominatio, in-
deq; Patrimonium potius, quam Matrimonium dicendum l. 10. ff. de stat.
31 hom. Nam Resp. hoc nominis vel ideò inditum, quod Matris nomen
dulcius, Esaie 36, 13. vel quia Matres plus laboris & curæ liberis impen-
dunt, l. fin. C. qui potior in pignore hab. cap. 2. X. de convers. infidel. vel quia
Mater semper est certa, l. 5. ff. de in jus vocand., vel quia Matris potissi-
mum munus est concipere ac tueri conceptum, l. 14. §. 1. ff. de Edilit.
32 edict. qf. Matris munium seu munus, Tholosan. in Paratit. jur. Canon. libr. 3.
tit. 21. lit. 1. vel Matris nomium quasi Matris nomen, ex antiqva confarre-
atione subortum, Vertran. de Jur. liber. cap. 30. pag. 210, vel deniq; in re-
munerationem quandam exhibitæ reverentiæ arg. l. 2. C. de Advocat. di-
33 vers. judicior. (2) Conjugium vel à Jugo, quod imponebatur nupturien-
tibus, Jacob. Laur. loc. supr. citat. vel à conjungendo, quoniam olim nubent-
tes ad Aram Jugæ Junonis vinculis conjungi solebant, in omen futuræ con-
cordiæ. Rosin. in Antiquitat. Romanor. libr. 2. cap. 6. pag. 250. Alexand. ab
34 Alexand. libr. 2. genial. dier. cap. 5. pag. 59. & cap. 18. p. 82. Unde etiam pro
conjug antiqvi legebant Conjunx Scard. in lexic. jur. ub. conjunx, vel deniq;
35 sacro & Mystico sensu, quia è costa viri foeminam fabricavit DEUS, &
qui antea corpore unum erant, ita conjunxit animo, ut amandi causæ
non deessent. Buffier. part. 1. histor. cap. 1. pag. 2. junct. 1x. Genes. 11, 23. & seqq.
36 (3) Connubium, non ideo quod Nuptiarum honestas quasi nubes coo-
periat turpitudinem naturæ corruptæ, ut ait Cypreus de Jur. Connubior. libr.
2. cap. 1. §. 1. n. 2. vel quod sicuti nubes reddunt innoxios ab ardore Solis, ita
nuptiæ ab ardore libidinis, can. 41. caus. 27. quest. 1. can. 3. caus. 32. quest. 2.
37 sed rectius ideo, quod Conjuges simul nubant. Nubere enim quamvis
ex hodierno loqvendi more proprium sit foeminarum, antiquissimis ta-
men temporibus & mares dicebantur nubere. Tacit. libr. 15. Annal. cap.
38 37. Sveton. in vit. Neron. cap. 29. (ut ut postea non sine emphasi & aculeo, ut
39 in l. 31. C. ad L. Jul. de Adulter.) sicuti vocabulum ducere, quod proprium
40 est Maritorum, tribuitur foeminis in l. 3. C. solut. Matrimon. Germanis di-
citur eine Ehe / i. e. lex, quam vox antiqva Franconica Ee significat.
Bekmann.

mann. *lib. 1. Politicor. cap. 7. th. 2* vel et in *Ehe-stand* quasi *Ehren-stand* aut
Der erste Stand &c. vid. *Gerhard. de Conjug. cap. 11. §. 10. in fin. (4.)* Confor- 42
tium maritale, vel ideo quod Maritus & Uxor ejudem sortis & fortunæ
participes sunt *l. 22. §. 7. ff. solut. Matrimon. l. 1. ff. & l. fin. C. de Nupt.* unde 43
vocatur societas rei humanæ & divinæ domus *l. 4. C. de crimin. expilat. hered.*
junct. l. 1. ff. rerum amotar vel quod Maritum oporteat meminisse confor- 45
tem se habere & sociam uxorem, non famulam. *Genes. 11. 18. add. Gloss.*
ad can. fin. caus. 33. quæst. 5. lit. M. ubi nervose dicit: non ex pede viri crea- 44
tam esse foeminam, ne famula, neq; ex capite, ne domina, sed e costa, ut col-
lateralis videretur. Ut ut enim mulier sit subjecta imperio (quod abusi- 45
ve Dominium dicitur, *can. 17. caus. 33. quæst. 5.* & Justo latius extenditur.
can. 14. ibid.) mariti, non tam natura, quam lege divina *Gen. III. 16.* & qui- 46
dem plus quam directorio, si extra Rem publicam civilem consideretur,
vid. Horn. de Civitat. lib. 1. cap. 1. th. 5. n. 16. & seqq. hac tamen supposita, Con- 47
jugium est quasi Monarchia Aristocratia mixta, *Knich. d. tr. lib. 1. th. 20. n. 1.*
ubi Maritus dirigit, gubernat, *can. 18. caus. 33. quæst. 5.* & præest, veluti ani- 48
ma corpori. *Tiraquell. lib. 9. LL. Connub. n. 233.* Obsequium ergo de-
bet uxor & reverentiam Marito, *l. 14. in fin. ff. solut. matrimon. quamvis mo-*
roso & incompto, can. 17. caus. 32. quæst. 5. & operas domesticas, *l. 48. ff.*
de oper. libertor. (quarum respectu communitio Platonica defendi potest 49
can. 2. caus. 12. quæst. 1. Becman. lib. 1. Politicor. cap. 4. thes. 6. & lib. 2. cap. 4.
thes. 3.) & contra, splendet radiis Mariti, *l. fin. C. de incol. Novel. 105. cap. 2.* 50
etiam post ipsius mortem, intra tempora viduitatis, *l. 8. & l. fin. ff. de Se-*
uator. sequitur ipsius forum & conditionem *l. fin. §. 3. ff. ad Municipal. l. 13.*
C. de dignitat. l. 65. ff. de iudic. l. pen. C. de jurisd. omnium judic. ab ipso alenda
& defendenda l. 2. ff. de injur. & s. 2. inst. ibid. Kitzel: l. c. th. 2. sub illius Ad-
vocatia, cura & Protectione, Coehmann: vol. 3. Respons. 51. n. 7. adeo ut pi-
etatem potius, quam atrocitatem, *l. 5. ff. ad L. Pompej. de Parricid. & ri-*
sum, si incalcescat ipsa, quam baculum, nisi tandem modice castigari ma- 51
lit, Novell. 117. cap. 14. ibiq; Gothofred: n. 24. l. unic: C. de emend. propinq: Grake
de autoritat. privat. cap. 12. n. 4. junct. Carpz. in Jurispr. Consistor. lib. 2. tit.
12. Desinit. 212. imo, & si in adulterio deprehensa fuerit, non omnino im- 52
punitam à marito mortem *l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adulter: expectare pos-*
si. Detestanda igitur & non hominis sed bruti vox est, Mulierem non 53
hominem, contra *text. express: Genes. V. 2. l. 152. ff. de V. S. miserrimam*
plantam, generaliter in sacris literis peccatum, & iniquitatem totam, 54
imò Diabolum ipsum, & Mulierem bonam, præterquam in substantivo
in l. 72. ff. de Jur. dot: in toto Corpore Juris haut, nominari &c, indeq; in
sacris

facris prohibitum esse, ne mulier sibi comam amputet, *1. ad Corinth. XI, 5*
& *seqq. can: 2. Dist. 30.* ut Maritus in promptu habeat, unde Uxorem tra-
here & ligare possit, referente *Tiraquel. libr. 1. n. 21. & libr. 9. n. 22 ad*
LL. Connub. Pictav. iniq; & quodammodo blasphemè asserentium. *Conser:*
omnino Orlerhaus: in Respons. jur: An fœminæ in Regnis, &c. succedant? pag: 137.
55 & *seqq:* Cum enim, etsi in statu integritatis perstitissent Protoplasti, hu-
ic lexui suam denegare auctoritatem non potuissimus, eò, quod Maritus
licet ordine nascendi prior, *1. ad Corinth: II, 8. & 9. 1. ad Timoth. II, 13. & po-*
56 *litix, quam inter ipsos Angelos servari docet B. D. Konig, in Theol. posit. tit:*
de Angelis bonis §. 199. ejusq; directionis prærogativâ superior fuisset, *1. ad*
Timoth: II, 13. imperium tamen nec affectasset, neqve sustinisset. *Tho-*
57 *mas: in Philosoph: Jur: cap: 1. §. 15.* Ut ut enim in statu naturali æquum
omnino sit, ut ubi amice dissentiant imperia, præferatur Mariti, *Grot:*
de Jur: Bell. & Pac. libr: 2. cap. 5. in pr. non tamen dixerim præcise necessa-
58 rium. Uterq; enim sexus ad imaginem DEI creatus. *Genes. V, 1. & 2.*
& proinde expers imbecillitatis, non tam gradu virtutis distat, quam
aptitudine, quæ tamen nec imperium confert, nec subjectionem.
Hornius de Civitat. libr: 1. cap. 1. §. 6. Tiraquell. libr. 1. LL. Connub. n. 9. &
59 *alii per can: 15. caus. 33. quæst. 5. & 6.* Hinc etiam post lapsum, non
adeo raræ sunt, quæ, prælucente virtute suâ, viros efficiunt probiores,
60 *l. 19. in fin. C. de Episc. & Cleric. non destituuntur judicio, l. 12. §. 2. ff. de judic.*
& salubre Consilium dare, *l. 5. §. 8. ff. de Administrat. Tutor: & capere pos-*
sunt, exemplo Abigaelis, *1. Sam. XXV, 28.* & Disæ, prudentissimæ illius
virginis Sveciæ, *Scheffer. in memorab. Sveciæ Gent. cap. 5. n. 1.* quam Dianam
Scyticam vocasse Antiquitas creditur. *Loccen: in Antiquitat: Svec-Gothor:*
cap. 4. circ: fin: pag: 21. & seqq: quas ad parendi necessitatem, absoluto quasi
61 naturæ decreto deicrudere velle, plusquam absurdum foret. Quod verò
attinet Jus Civile in multis articulis, præsertim ubi de pænis agitur, aut
in firmitas sexus favore sublevanda est, melior est conditio fœminarum
62 *v. g. in l. 18. ff. de stat. hom. ubi prægnans ad mortem damnata servari jube-*
tur donec pariat, *l. 3. ff. de pæn: nec subjeci potest quæstioni, licet proxime*
conceperit. Gothofred: ibid: n. 16. & ex conjunctione illegitima, Carpz: in
Prax: Crim. in al: part: . quæst: 18. n. 15. & seqq. nec terrenda fœdulis, *Jodocus*
Dambouder. in Encyrid. par: aus similibus vir: usq; Jur: pag. m. 131. nec fustigan-
da, Lud.

Da, Ludwel: ad Malcomes: ad tit: ff. de stat: hom: lit: C. pag: 47. & seqq. imo nec 63
releganda, si periculum partui immineat, Richt: Decis: l. n. 35 Hahn: aa
Vvesenbec: tit: ff. de stat: hom: verb: pro nat: habentur, etiam post editum par- 64
tum intra 40. diem Schneidwin: ad s. 3. Inst: de tutel: n. 15. Philipp: Ecclog: 36.
u. 6. Dn. Müller: in Disputat de Jur: prægnant: cap. 4. per tot: & passim: quod ta- 65
men ad juramenti præstationem simpliciter extendi non potest. Mev:
part: 5. Decis: 80. add: l. 2. C. qui pot. sunt in pignor: l. 2. C. de his qui ven: etat: im-
perar: junct: l. 9. in pr: ff. de Jur: & fact: ignorant: l. 6. in pr: ff. ad L. Jul: peculat.
l. 38. s. 2. ff. ad L. Jul: de Adulter: l. 5. C. ad L. Jul. Majest: & tot: tit: ff. ad Sconsult:
Vellejan: Gloss: ad l. fin: C. de Jur: & Fact: ignorant: l. unic: C. quand: Imperar: in-
ter pupill: & c. de quo tamen vid Mev: part: 2. Decis: 110. prukmann: in peculiari
tra & at: ad d. l. 19. & c. In plerisq; , præsertim Civilibus & publicis nego- 66
tiis, l. 2. ff. de R. 7. ibiqve Magnif: Dn: D. MASCHOVIUS: melior est conditio
Masculorum. d. l. 9. ff. de stat: hom: Exempla passim obvia. In aliis par 67
est conditio utriusqve sexus l. 4. C. de liber. præter: Novel: 18. c. 4. Et pro- 68
inde laudanda potius, quam invidenda huic sexui urbanitas est, uxorem
vocare Dominam, ut in l. 41. in pr. ff. de legat: 3. l. fin. s. 1. ff. de aur. & arg: le-
gat: Novell: 74. cap: 4. Sicuti alias Aularum inter Ceremonias solenne est, 69
exhibere huic sexui gestibus & toto corporis flexu simulachrum quod-
dam subjectionis, & descendere in verba imaginariæ servitutis, ut ait
Barclaj: libr: 4. Satyricon cap: 4. Caveat tamen uxor, ne re ipsa potius quam 70
titulo-tenus Domina esse & imperare præsumat, sic enim dicitur infa-
mare Evangelium, & peccare contra L DEI & fidem naturæ.

gan: 15. caus: 33. quæst: 5. Paul: ad Tit: cap: 11, s.

B 2

CAPIT II.

CAPUT II.
DE
NUPTIARUM DEFINITIONE REALI.

- N**uptiae definiuntur 1.
Conjunctio (α) animorum in quo consistat 2.
Tractatus de iucundo differunt à sponsalibus 3.
Mutuus consensus ex quibus indiciis probetur 4.
Quae singula non probant juncta juvant 5.
Proxenetæ non est testis exceptione major 6.
Conjunctio (ε) corporum pertinet ad consummationem nupt. 7.
Liberorum procreatio est finis contrahentium 8.
Sterilitatis vituperium 9.
Matrimonium virgineum Josephi & Mariae 10.
Obiectio refellitur 11.
Matrimonium Henrici II, & Cunigundæ 12.
An sint vera conjugia 13.
Vota continentia sunt periculosa 14.
Prestatio debiti conjugalis non est peccatum 15.
Nisi ex accidenti 16.
Adeo arcta ut non possit fieri Mulier an teneatur pati incisionem 17.
Eunuchus an potest contrahere Nuptias 18.
Amoris furorem refranare philosophiæ perfectæ 19.
Habilis cum inhabili contrahentes an separandi 20.
Quid si vitium sit accidentale 21.
Quid si spes reconalescentia ad sit 22.
Genetel-Knupfen remisivè 23.
Exemplum affine 24.
Medicorum inspectioni & arbitrio multum tribuitur 25.
Hermaphroditus an possit inire Matrimonium 26.
An teneatur abjurgare usum membri secundarii 27.
-Uxor ubi sepelienda 28.
Conjunctio (γ) Bonorum 29.
Bonorum distinctio & Jura diversa 30.
Maritus ob dotem non solutam, non potest uxorem domo expellere 31.
An tenetur dare fidejussorem dotis 32.
Effectus Conjunctionis bonorum de Jur. Lubecens. 33.
Ordinario juri civili incognitus non tenetur illi citus 34.
Acquisitio Conjugalis ad maritum spectat 35.
Legitima 36.
Ætas in Nupturientibus quæ requiratur 37.
Exemplum Regis Ahas & aliorum remisivè 38.
Pubertas unde estimanda 39.
Femina cur citius pubescant remisivè 40.
Hodie plena pubertas expectanda 41.
Conjugia prematura non permittenda 42.
Ratione senectutis quæ sit ætas legitima 43.
Mulierem 50. parere miraculi instar 44.
Exempla parentum decrepitorum remisivè 45.
Senum conjugia disvadenda non prohibenda 46.
Servitutis origo ex canonum mente 47.
Inter servos non est nisi contubernium 48.
Servitutis abrogata occasio 49.
Restaurata Autores Clodoveus & Carolus Magnus 50.
An & quomodo hodie servi nuptias contrahere possint 51.
Wildfangiatus habet simulachrum servitutis 52.
Conjugia Parentum & liberorum prohibita in infinitum 53.
Quid de Conjugio fratrum & sororum 54.
Textus Levit: XVIII. dicuntur non dispensabiles 55.
Juris canon: prohibitionis ratio ridicula 56.

Jus Canonicum ordinariè in causis matrimonialibus receptum 57.
Impedimenta Juris civilis hodiè abrogata 58.
Meretrix quæ dicenda ex mente glossæ 59.
Meretricem ducens uxorem, opus facit misericordie 60.
Honestum est à Conjugio disparium abstinere 61.
Tutor quando ducere possit pupillam 62.
Religionum diversitas an sit impedimento nupt: distingv: 63. & 70.
Concubitus cum Judæa igne punitus 64.
Judæi quot tolerandi 65.
Q. vitandi 66.
Vetantur copulari Christianis 67.
Inter quos partiale religionis dissidium jungi possunt 68.
Exheredari non possunt 69.
Parentum Consensus qualis sufficiat 71.
Patris consensus debet esse præcedens 72.
An sufficiat ratihabitio 73.
Pœna non adhibiti consensus Paterni 74.
Filia Majorennis quando ob non adhibitum consensum ex heredari possit 75.
Matris Consensus an requiritur Jure civili 76.
An jure hodierno 77.
Parentum consensus requiritur omni jure 78.
Quæ pœna ordinaria ecclesiastica 79. & 87.
Sine Parentum consensu contracta sponsalia pro clandestinis habentur 80.
Crimen liberorum invitis Parentibus contrahentium 81.
Clancularius sponsus fit infamis 82.
Patre non agente filio non competit exceptio 83.
An parentes cogendi sint causas dissensus sui exprimere 84.
Quæ sint causæ legitime dissensus? remissive 85.
Quæ insufficientes? 86.
Ubi Consensus an necessarius 88.

Tutorum & curatorum consensus an requiritur 89.
Quid si Mater ab illis dissentiat 90.
Jure Lubecensi & Ordinat: Ecclesiast: Pomeran: quid hac de re dispositum 91.
Proximorum cognatorum consensus an necessarius 92.
Maris & foeminae 93.
Vulgi-vaga Venus illicita 94.
Lupanaria aliquibus in civitatibus permissa & quare? 95.
Pontificis Romani arrogantia 96.
Lupanaria an toleranda 97.
Quibus remediis extirpanda 98.
Sodomia, Masturatio, peccatum Onaniticum 99.
Laudatur Verecundia verborum l. 31. C. ad l. Jul. de adulter. 100.
Bigamia prohibita 101.
Secunda sponsalia publica si concubitu & benedictione sacerdotali confirmata sint utra prævalent 102.
Polygamia successiva ultra quam olim concessa 103.
Quod ampliatur 104.
Limitatur 105.
Polygamie simultaneæ pœna de jure civili Restrigitur 107. (106.
Conversus ad Christianismum polygamus, quam retinet uxorem 108.
Pœna illius ex Const: Crim: Caroli V. 109.
Non mitigatur ob intercessionem conjugis 110.
Nonnulli tamen admittunt dispensationem Principis 111.
An prohibita jure divino 112.
Exempla Veter: Test: 113.
An permisa jura Naturæ? 114.
Parcius tractanda sunt quæ rixis dant occasionem 115.
Præsertim in praxi inutilitas 116.
Indisolubilis vitæ societas 117.
Quos DEUS conjunxit homo non separat 118.

B

Conjuges



Coniuges adamantina fides ligati 119.
Etiā de iure Gent. 120.
Furtum commissum an dissolvat sponsalia?
 121.
Ex levioribus quādoq; causis sponsalia sol-
vuntur 122.
An tunc nova concedenda sint sponsalia?
 123.
An pœna ecclesiastica remittenda? *ibid.*
Matrimonium contractum quā ob causas
dissolvitur 124.
Mors quomodo probanda? 125.
Reversus qui credebatur Mortuus recipit
Uxorem 126.
Mors civilis an dirimat Nuptias 127.
Adulterium solvit Matrimonium 128.
Committit conjugatus cum soluta 129.
Prærequiritur tamen probatio 130.
In delictis occultis quālis probatio sufficiat
 131.
L. 6. ff. de his qui sui vel alieni Jur: sunt
quomodo intelligend. 132.
Solvitur Matrimonium auctoritate publica
 133.
Probatio adulterii quālis V. T. 334.
Maritus adulteræ uxori suæ cohabitans an
præjudicet sibi 335.
Stuprum vel adulterium in sponsa commis-
sum solvit sponsalia 136.
An idem in persona sponsi? 137.
An. Et cui concedenda novæ Nupt. 138.
Malitiosa desertio ut solvas nuptias quid
prærequiritur 139.
Maritus absens quādiu expectandus 140.
Quādo edictaliter citandus 141.
Processus desertionis quādo statim incho-
ari possit 142.
Maritus reversus purgare absentiam po-
test, etiā post latam sententiam 143.
Quod limitatur 144.
Et sublimitatur 145.
Uxor litigiosa sequestranda 146.
Et interim alimentanda à novo Marito
 147.
Separatio quoad thorum & Mensam quō
iure introducta 148.
Quid prærequirit? 149.
Vulgaris abusus tx. Genes. III, 16. nota-
tur 150.
Ad separationem non properandum, si ali-
ter cautum esse possit 151.
Post separationem quoad thorum & Men-
sam cui incumbat alimentandi onus? 152.
Lucrum statutarium an amittat qui cau-
sam dedit separationi? 153.
Cautela traditur 154.
An dissolvi possit Matrimonium mutuo par-
tium dissensu 155.
Obiectio refellitur 156.
Quid hodiè in praxi obtinet 157.
Divisio Nuptiarum 158. & seqq.
L. 30. ff. de R. J. quomodo intelligenda
 159.
Secundæ nuptiæ quid denotent in iure?
 160.

§. I.

1 Definiuntur Nuptiæ, quod sint Coniunctio Maris & fœminæ legi-
 tima, cum voto indissolubilis nexus, liberorum procreandorum & mu-
 tui adiutorii causa, contracta. *s. l. inst. de Patr. potest. l. 1. ff. de R. N. Ubi*
 2 nota, quod dicantur (1.) Coniunctio, & quidem (α) potissimum
 animorum, quæ consistit in consensu, non interno saltem, sed ex-
 terno, i. e. signis externis invicem manifestato, *Hahn. ad Vvesenbec. tit. ff.*
de R. N. n. 3. pag. 109. aperte sc. & sufficienter, ita, ne tractatus de ineundo
 cum

cum ipsis sponsalibus confundantur. *Carpzov. in Jurispr. Consistor. libr. 2. tit. 2. Defini. 8. VVesenbec. Consi. 15. n. 40.* Quod si ergo in nomine SS. Trinitatis, & Testium presentia sponsio facta, mutua porrectione dextræ & arrharum datione, spontaneaq; acceptione, dubium non est, quin conjunctio isthæc animorum abunde probetur, *Mascard. de probat. vol. 3. Conclus. 1025. Mev. part. 8. Decis. 38. Consistor. Instruct. part. 3. cap. 2. §. 3. maxime si olecula intervenerint, & amplexus, veluti pignora fidei & amoris, Mascard. d. l. Conclus. 1034. it. literæ amatorix, (Wuhlen- Briefe) Fr. Vivius libr. 1. Decis. 241. n. 19. Nicolaus de Passer. de Scriptur. privar. libr. 3. quest. 6. Rubr. de liter. amator. n. 7. add. Dominus Mullerus in peculiari Dissertat. de liter. amator. per 101. lusus alioquin suspecti, v. g. Brumtschlagen/ &c. Cothmann. vol. 3. Respon. 6. n. 79. quæ quidem singula non probant, sicuti nec testis unicus, qui non est omni exceptione major, ut Proxenetæ, *Id. d. volum. 3. Resp. 34. n. 108.* quandoq; tamen præsumptionem quandam inducunt. *Id. volum. 1. Resp. 10. n. 35. Menoch. libr. 3. præsumpt. 1. & seq. passim (2.)* Si consummationem Nuptiarum spectemus (β) **Corporum**. Hæc enim contrahentium principalior est intentio, ut liberos generent DEO, *Ezechiel. VI, 20. & 21. & reipublicæ. l. 1. §. 15. ff. de Ventr. in possess. mittend. adeo, ut pudor sit fœminis, nuptiarum præmia non habere, canon. caus. 32. quest. 2. & sterilitas olim Judæis approbatio, Gen. XXX, 23. Luc. 1, 25. & apud Romanos reliquis Collegis honoratior fuerit, qui plures liberos genuerat. l. 6. §. fin. & l. 9. C. de Decurionib.* Hinc Matrimonium virgineum i. e. tale, quod cum voto servandæ perpetuæ virginitatis inicitur, ut Josephi & Mariæ (de quo quidam dubitant, *per 1x. Matth. XIII, 55. Marc. VI, 3. Johan. II, 12. 1. ad Corinth. IX, 5. ad Galath. V, 19.* Sed minus rectè, cum illi non sint fratres & Sorores Christi, proprie sic dicti sed consobrini (seines Pflægers Vaters Brüder Kinder) quorum Pater fuit Cleophas frater Josephi, *Euseb. libr. 3. histor. Ecclesiasticar. cap. 10. Chemnit in Harmonia Evangel. libr. 3. cap. 17. pag. 589. Pukner. p. 4. Vind. Biblicar. ad 1x. Matth. XIII, 55.* Jacobus vero ille (cujus in 1x. cit. ult. fit mentio) sit filius Alphæi *Matth. X, 3.* usitato in sacris Hæbraismo, ut Consanguinei vocentur fratres. *Genes. XIII, 11. junct. cap. XI, 31. Genes. XXIX, 10. & 15.*) Henrici II. Imperatoris & Cunigundæ (de quo eleganter scribit *Andr. Brunn. p. 2. Annal. Bojicor. libr. 9. cap. 7.* esse Mysteriorum instar, quod hi Imperatores, rebus humanis præpositi sint, ut 1000. à Christo nato annus tam raro prodigio, & veluti Phænice visæ insignis, pulcherrimam virtutem ostentaret in purpura, ut, quando virgo puerpera aureum Christi seculum inchoasset, millesimum ejus*

annum

annam, virgines Imperatores, impare quidem miraculo, sed proximo
 consecrarent, refer. Knich. in Oper. Polit. libr. 1. cap. 1. th. 9. n. 2. lit. B.) con-
 13 sentiente utroq; , verum quidem est, *can. 3. & 10. caus. 7. quest. 2. Bek-*
 14 *mann. libr. 2. Politicor. cap. 7. n. 5.* sed noxium societati civili, l. 64. ff. de cond.
 & demonstrat. l. 7. §. 6 ff. de bon. damnator. Inde q; , si cætera sint paria, satius
 est ejusmodi voto vel proclius abstinere, vel non ultra modicum tem-
 15 pus se obligare, i. ad Corinth. VII, 5. *can. 24. caus. 27. quest. 2. can. 3. caus. 32.*
quest. 2. can. 1. & 5. caus. 33. quest. 5. cum castitas reputetur, cum propria
 uxore concubitus, dicente Paphnutio in Synodo Nicænâ *can. 12. Dist. 31. modo*
 16 absit libido *can. 4. caus. 32. quest. 2. can. 5. caus. 23. quest. 4.* nec alia urgens
 causa, *Lev. XVIII. 19. & XX. 18. Ezech. XIX, 6* aut probabilis metus conta-
 gii impedimento sit, l. 6. de servitut. & aqua junct. l. 13. in pr. ff. ad L. Aquil.
 17 Prukner. Centur. 8. quest. Theologicar. 91. & 92. Hinc etiam est, quod Muli-
 er nimis arcta ut Mulier fieri possit, incisionem s. sectionem, quæ absq; ,
 vitæ periculo fieri potest, pati teneatur, ne virum inculpatum ad per-
 petuam continentiam cogere velle credatur, arg. l. 14. §. 7. ff. de Ædi-
 lit. Edict. junct. l. 60. §. 1. & u. seqq. ff. de donat. inter Vir. & Uxor. cap. 6.
 in fin. X. de frigid. & malefic Prukner. cit. quest. 99. Simon. de Impotent:
 18 Conjugal. cap. 7. th. 6. n. 7. & seqq. Et quod Evnuchis, Spadonibus,
 Thlibiis & Thlasiis, quibus vel natura novercans, vel factum humanum po-
 tentiam generandi ademit, cum alia potente contrahere interdictum sit,
 19 ne novæ nuptæ amoris furorem, (quod philosophiæ est perfectæ) vix
 patienter refrænant, *Novel 74. cap. 4. in pr. & stimulant* circa cubile
 affectus, *Novell. 22. cap. 15. §. 1.* & juveniles calores quandoq; intemperan-
 ter & immoderate laxantes, l. 22. in fin. C. de Administrat. Tutor. ad com-
 mittenda adulteria & furtivos congressus occasionem arripiant. cap. 22.
 X. de frigid. & malef. ibiq; Pirrhing. & alij: Immo si ignorantes vitium oc-
 20 cultum contraxerint, cap. 4. X. ibid. volentes (inviti enim, qui sunt bonæ
 famæ & probatæ virtutis, non temere separandi, cap. 5. X. eod. vid. Hyer:
 Delphin. Dissertat. de Conjug. Evnuch. ibiq; inter cætera Resp. Venerand. Facult.
 Theol. Cryphiswald. sub dat. 24. Maji anno 1668.) ab invicem separari possint,
 21 cap. 1. & tot. tit. X. eod. etsi vitium sit accidentale, ante conjugium exi-
 stens, propter quod Maritus per triennium incapax fuit ad præstandum
 22 debitum conjugale *Auth. sed hodie C. de Repud.* Quod si tamen spes recon-
 valescentiæ adsit (v. g. in maleficiatis illis, quibus magicis artibus *Durch*
 23 *Senckel-knüpfen/ &c.* DEO permittente ad tempus vis generandi ademp-
 ta est, *Vid. Dn. Simon. in tractat. de Impotent. Conjugali cap. 6. th. 4. per tot.*

Dn. Schib.

Dn. Schilter. in dissertat. de Matrimon. th. 28. Exemplum valde memorabile 24
vid. apud Kirchn. de annulis c. 18. p. 194. & seq. add Dn Ursin. Dissert. vom Scha-
Denstrohl cap. 2. membr. 2. §. 2.] eaque non prorsus incerta & imaginaria, 25
quod inspectioni & iudicio Medicorum relinquendum, cap. 1. X. de frigid.
& malefic. dissolvi Matrimonium non debet. l. 22 §. 7. ff. solut. Matrimon.
Hermaphroditum relinqvimus sub dispositione l. 10. ff. de stat. homin. ita 26
sc. ut prævia inspectione, Carpzov. in Jurisprud. Consistor. libr. 2. Def. 16:
renunciet usui membri secundarii, Zachias. quæst. Medico-legal. libr. 7. tit. 1.
quæst. 8. n. 32. quam tamen renunciationem juratô faciendam esse, lex civi- 27
lis ignorat, quamvis, præsertim si utroq; membro æqualiter polleat,
vid. Zachias. dict. l. n. 24. & 29. hæc si cautio admodum salutaris. Durat
autem hæc conjunctio corporum suo modo, etiam post mortem, ita ut
uxor regulariter juxta maritum, can. 2. caus. 13. quæst. 2. & si plures ha- 28
buit, juxta ultimum sit sepelienda, cap. 3. §. mulier. X. de sepultur.
(γ) Bonorum quod attinet conjunctionem, nota est distinctio re- 29
ceptitiorum & paraphernalium l. 8. C. de pact. convent. à dotalibus & quod 30
horum respectu uxor naturaliter, l. 1. ff. rerum amotar. l. 30. C. de jur. dot.
Maritus vero, durante Matrimonio, l. 2. ff. solut. Matrimon. cap. 8. X. de do-
nat. inter vir. & uxor, civiliter dominus sit. l. 65. ff. de jur. dot. l. 9. C. de rei
vindicat. ad sustentanda illius onera, l. 56. §. 1. l. 76 in fin. ff. de jur. dot. quamvis
ob dotem non solutam eam domo expellere non possit, Novell. 22. cap. 18. 31
Hahn. ad Vvesenbec. tit. ff. de jur. dot. n. 6. in fin. nec, si acceperit eam, fidejus-
sorem dotis nomine dare cogatur. d. l. 8. & l. 2. C. ne fidejussor. dor. dentur 32
ibiq; Gothofred. n. 33. Exceptio est in cap. 7. X. de donat. inter vir. & uxor. add.
Jus Lubecense libr. 1. tit. 5. art. 10. & u. junct. artic. 7. ibid. ubi singularem hu- 33
jus conjunctionis effectum, juri civili quidem incognitum, tot. tit. C. ne
Uxor pro Marito, attamen lege contraria non minus mutabilem Mev. part.
3. Decis. 132. quam reapse in multis locis reciprocè receptum, id. ibid. Decis.
138. jung. Dn. Stryk ad Brunnemann. Jus Ecclesiast. libr. 2. cap. 16. §. 1. in fin. vide-
bis. Interim hanc communionem bonorum Jure Civili non illicitam 34
esse, probat l. 17. §. 1. ff. solut. Matrimon. l. 16. §. fin. ff. de aliment. legat. ibiq;
Gothofred. n. 96. quamvis per nuptias tacite non inducatur. Nam ubi
recepta non est, acqvæstus conjugalis (sicuti cætera quæ in domo Mariti 35
sunt, donec probetur illatio Mev. part. 5. Decis. 359. n. 12.] ad maritum spe-
ctat. l. 51. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 6. in fin. C. eod. Garfias integro tractat.
de acquæst. conjug. Carpz. in tractat. de Jur. Feminar. dec. ad. 10. posit. 3. II. Dici-
tur quod sit conjunctio legitima, respectu habito (1) ad ipsos con- 36

C

trahen-

37 trahentes, quidebent esse (a) iuxta ætatis i. e. respectu terminum
 à quo ad minimum 14. annorum si masculus, 12. si foemina *pr. inst. de Nupt.*
 quamvis in contrahendis sponsalibus sufficiat ætas 7. annorum *l. 14. ff. de*
sponsal. & vel ratione loci, ut passim in Oriente, ubi citius maturescunt,
 38 *Madesto in itinerar. & ex eo Bekmann. libr. 2. Politicor. 7. §. 6. (Exemplum in*
 factis est Rex Ahas, qui ad imperium evedtus anno ætatis vigesimo &
 mortuus anno ætatis 36. reliquit filium Hiskiam 26. annos natum 2. *Reg.*
XVI, 2. & XVIII, 2.) vel ratione malitiæ, quæ supplet ætatem l. 3. C. si minor
se major. dixerit cap. 9. X. de sponsal. impuber. non omninò rarum sit, impu-
 beres Parentes extitisse *vid. Hapeli relat. curios. part. 1. pag. 275. sub rubr. De*
frühzeitige Mann und Frau in Europa / Dr. Stryk in not. ad Inst. tit. de Nupt.
in pr. pag. m. 46. de his tamen ut raro contingentibus non fuit lex civilis
 sollicita *l. 3. & seq. ff. de LL. Novell. 44. cap. 1. §. 3. add. Knich. libr. 1. politicor:*
 39 *thes. 13. n. 4.* Pubertatem igitur requirit legislator, non ex inspectione
 corporis per denudationem ad pubem usq; , ut olim moris erat, *pr. Inst:*
quibus mod. tutel. finit. Hotomann. ad pr. Inst. de Nupt. sed ex numero annorum
 æstimandam, *cap. 2. X. de desponsat. impuber. ita, ut foeminae biennio citius*
 40 *quam mares, singulari naturæ prærogativa, pubescant. Rationes vid:*
apud Andr. Tiraquell. libr. 6. LL. connubial. n. 38. Zachiar. d. libr. 1. & 7. tit. 1.
 41 *n. 2. & seq.* Hodie tamen ante plenam pubertatem vix contrahuntur
 Nuptiæ, *Carpzov. in Jurisprud. Consistor. libr. 2. tit. 1. Def. 12. n. 18. quam-*
 vis in virgine sufficiat, quod sit viri potens. *l. 13. in pr. ff. de V. S. Gothofred.*
 42 *ibid. n. 20.* Nec enim immerito culpantur Matrimonia nimis festinata,
Knich. d. l. n. 1. & 2. quæ prisca Germanis adeò insveta fuerunt, Tacitus de
Morib. Germanor. cap. 20. ut ante 20. annum notitiam foeminae habuisse, in
 43 *turpissimis haberetur. Cesar. de bell. Gall. libr. 6.* Respectu termini ad
 quem olim præfixus erat ex L. Julia vel Papia masculis 60. foeminis verò
 50. ætatis annus, *l. 27. C. de Nupt. quia plerumq; evenit, ut foeminae circa*
 annum 50. generandi potentiam amittant. *Albert. Magn. libr. 5. de ani-*
 44 *mal. cap. 1.* Unde etiam in *l. 12. C. de legitimis hered. partus à Matre quinquagenaria*
editus dicitur mirabilis, & quæstioni in d. l. propè Domitianæ
occasionem dedit. add. Menoch. de A. 7. Qu. Centur. 1. caus. 89. u. 59. Hodie ta-
 45 *men cum non desunt, etiam propinq; historiæ exempla, qui ad 100. usq;*
annum & ultra liberos genuerunt, Vid. Valer. Maximus libr. 8. cap. 13. Le-
mnius de occult. natur. mirac. libr. 4. cap. 24. Merian. in Theatr. Europ. part. 3. fol:
587. Olear. in itinerar. Persic. libr. 3. cap. 24. pag. 289. Knich. d. l. Expli. at. 2. n. 2.
§. alij correctam per citat, leg. 27. C. de Nupt. L. Juliam vel Papiam (l. ut
 alii

alii legunt Pappiam Poppæam) non ita præcisè sequimur, sed disvade- 46
mus potius istius modi conjugium, quam prohibemus, Carpzov. in Juris-
prud. Consist. libr. 2. Def. 13. Dn. Stryk. ad Brunnemann. Jus. Ecclesiast. libr. 2.
cap. 17. §. 2. ibiq. Resp. Dnn. Vittel ergens. de dat. 6. April. anno 1670. cum alter
ille principalis conjugii finis, qui est mutuuum adjutorium, sic bene ob-
tineri possit, exemplo Davidis. Reg. 1. 1. & seq. (β) Liberi homines,
inter servos enim (quorum originem Jus Canonic. ebrietati adscribit, 47
can. 8. Dist. 35. quoniam hæc prima servitutis mentio quæ exstat Genes. IX,
25.) proprie non est connubium, sed contubernium. l. 14. §. 3. ff. de R. N. 48
Sed hodie explora, vel certè admodum restricta & limitata servitute,
occasione (ut creditur) xxx. Johann. VIII. 36. ad Galat. IV. pen. & ult. 1. ad Ti- 49
moth. VI. 2. quos ad secularem servitutem, pia simplicitas prisca seculi ex-
tendit. Stam. de Servitut. person. libr. 1. cap. 2. n. 1. Bekmann. libr. 2. Polit.
cap. 8. Thes. 5. etiam illa, quam circa annum Christi 499. Clodoveus, & 50
deinde circa pr. seculi VIII. Carolus Magnus ad imitationem Juris Ro-
mani introduxerunt, Vid. Lehmann. in Cronic. Spirens. libr. 2. cap. 20. qui in
servitute quadam analogâ vivunt, rectè nuptias contrahunt inter se &
cum alio libero homine, modò cum consensu Domini, vid. Pommer- 51
sche Policcy-Ordnung/Cap. IX. in pr. Mev. p. 5. Decis. 129. & citra dolum
Novell. 100. add. Befind und Schäffer-Ordnung/tit. 2. §. 5. in fin. Ut ut e-
nim in multis Provinciis orbis Christiani, simulacrum & umbra quæ- 52
dam pristinae servitutis remansit, v. g. in Palatinatu VVildfangiatus, vid.
Malcomæ. ad Tit. ff. de stat. hom. pag. 49. ad hunc tamen, de quo nobis quæ-
stio est, antiqui Juris effectum, sese non pænitus extendit. tot. tit. X. de
Conjug. Servor. ibiq. Pirrhing. Mev. part. 2. Dec. 232. Husan. de propriis hominib:
cap. 1. n. 44. Mev. ad Jus Lubecens. libr. 1. tit. 3. in pr. n. 29. & seq. (γ) Non
prohibiti vel Jure naturæ in thesi, ut Parentes & liberi in infinitum 53
§. 1. inst. de Nupt. l. 53. ff. d. J. R. N. adeò ut Adamus, si è mortuis surgeret,
mortuâ Evâ, in toto terrarum Orbe, non sit inventurus Uxorem, Gloss. ad
d. §. 1. verb. in infmit. Carpzov. in usu arbor. Consanguinitat. §. 26. n. 28. vel in 54
hypothesi, ut Fratres & Sorores Hahn. ad VVesenbec. ff. tit. de R. N. Osiand:
& Zigler. ad Grot. libr. 1. c. 1. th. 10. add. can. unic. in pr. caus. 35. quæst. 1. Magni-
fic. Dn. Stryk. ad Brunnemann. Jus Ecclesiast. libr. 2. cap. 16. n. 22. Respons. Dnn.
Helmstadiens. pag. 623. rat. decid. 1. & seq. Dn. Struv. Exer. tit. 29. th. 48. & de-
inceps Levit. 18. jure divino, non dispensabili Carpzov. in Jurisprud. Consis- 55
stor. libr. 2. def. 109. & in usu arbor. consanguinitat. cap. 5. §. si per tot. vel Jure
Canonico, tot. tit. X. de cognat. spirituali cum seq. cap. 8. X. de Consanguinitat. &

56 *affinitat.* (ubi ratio prorsus ridicula) vel Jure civili, *tot. tit. Inst. &c.* aut ordin.
 Ecclesiasticis, vid. *Pömersche Kirchen-Ordnung* / p. 43. s. von *Graden*. Sup-
 57 posita tam in consanguinitate quam affinitate computatione graduum
 Juris canonici, quod ordinarie in matrimonialibus causis receptum est
caus. 35. per tot. Carpzov. in Jurisprud. Consist. libr. 2. Def. 75. id. in usu arboris
 58 *Consanguinitat. §. 12. n. 68. & seq.* Pleraq; enim alia, quod v. g. Senator non
 possit ducere libertinam, l. 23. ff. de R. N. Patrona non possit nubere li-
 berto, l. 3. C. de Nupt. Patronus non possit ducere quam levavit e fonte ba-
 ptismatis, l. 26. in fin. C. eod. nec sacerdos foeminam humilem & abje-
 ctam, l. 7. C. de Incest. Nupt. hodie ab usu recesserunt. *Novell. 78. cap. 3. No-*
vell. 89. cap. 1. §. 1. Novell. 117. cap. 6. Auth. sed novo jure C. de Nupt. Rittershus. de
different. Jur. Civil. & Can. libr. 1. cap. 19. & seqq. Praesertim cum jure cano-
 nico etiam is, qui publicam mulierem seu Meretricem (qualis ex mente
 59 Glossæ ad *Can. 16. Dist. 34. l. D.* illa demum est, quæ plures quam 23000. vi-
 60 ros admisit) duxit ex lupanari, dicatur facere opus misericordiae, quod
 ipsi proficiat, in remissionem peccatorum. *cap. 20. X. de sponsal. cap. 1, 2. &*
 61 *3. junct. can. fin. caus. 32. quæst. 1.* Quamvis omnino honestius sit, & decorum
 nobilitati, à conjunctione disparium abstinere. *Carpzov. in Jurisprud.*
Consistor. libr. 2. Def. 9. add. Nold. de stat. Nobil. cap. 22. n. 162. & seq. Carpzov.
 62 *d. l. libr. 2. Def. 74.* Tutorem quod attinet & religionum dissidia, de illo
 sunt txx. in l. 64. & 66. l. 36. ff. de R. N. & tot. tit. C. de interdict. Matrimon. in-
 ter pupill. & Tutor. qui nec hodie, quantum ad redditionem rationum,
 63 mutati sunt. *Brunnemann. ibid.* Circa hæc distingvo (1.) inter diversita-
 tem totalem qualis est inter Ethnicos, Turcas, Judæos & Christianos, &
 partialem, inter Lutheranos Reformatos & Pontificios. Illi usque
 adeo prohibentur, *Exod. XXXIV, 16. Johann. XXIII, 12. &c.* ut adulterii in-
 star sit, cum Judæo vel Judæâ Matrimonium contrahere. l. 6. C. de Judæ:
 64 Unde *Boërius Decis. 136. n. 5.* scribit Parisiis igne crematum fuisse Johan-
 nem Alardum, qui ex Judæâ, quam Domi retinuerat, liberos suscep-
 rat, eò, quod idem ferme crimen reputatum sit, rem habere cum Judæâ
 atq; cum cane. Quod quidem satis rigorosum, cum utiq; homines sint
 communi Jure Romano viventes, l. 8. C. de Judæ ut singuli capaces legati
 ex testamento Christiani, *Finkelthaus observat. 84. per tot. Carpzov. part. 3.*
Const. 13. Def. 36. & in foro soli non penitus indigni, quibus cum contra-
 65 *here, id. part. 2. Const. 30. Def. 45. & conversari liceat. id. Def. 36. ibid. n. 8.*
& libr. 5. tit. 5. Resp. 38. n. 2. adeo ut qui illos per vim spoliat, duplum red-
 dere cogatur, l. 6. C. de pagan. & tolerantia quiete & secundum leges
 præscriptas viventium non sit prohibita, *Mev. part. 8. Decis. 35. propter*
 spem

spem futuræ conversionis. vid. *tx. Psal. LIX, 12 Hoseæ III, 4. & 5. Klok. de Arario*
libr. 2. cap. 62. per tot. Mager. de Advocat. armat. c. 8. n. 220. & seq. Quamvis 66
in foro Poli & Conscientiæ utiq; nefas sit, antequam resipuerint, aut con-
verti velint, familiarem cum illis inire amicitiam, *can. 12. caus. 28. quæst. 1.*
aut frequentare convivias, *can. 13. ibid.* aut laxare vivendi commoditates,
illis, qui in mortem Domini nostri JESU CHRISTI nequiter conjuran-
tes servi Christianorum effecti, *cap. 18. X. de Judæis* turpitudinem fortunæ
& animæ suæ ignominiose circumferunt, *Novell. 45. in fin. pr. dignis,* qui-
bus occinatur illud Polycarpi Smyrnæorum Antistitis: Fugiamus hinc
ne balnea ruant, in quibus lavat Cerinthus inimicus veritatis *can. 24.*
caus. 24. quæst. 1. indignis vero quorum dissimulemus opprobria, *cap. 15.*
X. de Judæis cum ex ore veritatis dicantur filia Gehennæ, *Matth. XXIII, 15.* 67
& Satanæ, *Joh. II, 44* indeq; dirimendum tale conjugium assero *cum*
Magnific. Dn. Stryk. ad Brunnemann. Jus Ecclesiæ lib. 2. cap. 16. §. 27. Hi ve-
ro inter quos particulare religionis dissidium est, adhibitâ cautelâ debitâ 68
jungi matrimonio possunt, *Carpzov. in Jurispr. Consistor. lib. 2. Def. 6. & seq.*
neq; propterea à Parentibus exheredari queunt. (2.) utrum adsit spes 69
conversionis, an metus seductionis *l. ad Corinth. VII, 2. & seq. junct. tx.* 70
Exod. XXIII, fin. Carpzov. part. 3. Const. 14. Def. 10. junct. tx. pr. ad Corinth. VII, 7.
(d) Adhibito consensu, si non expresso, saltem tacito, *l. 7. §. 1.* 71
ff. de Sponsal. Mev. p. 8. Dec. 40. & part. 4. Dec. 198. & 199. modo certo, *Carp-*
zov. in Jurisprud. Consistor. lib. 2. Def. 42. quorum in potestate sunt. Quod 72
quidem quoad patrem Jure Civili indubium est, *pr. Inst. & §. 12. ibid. de*
Nupt. adeo ut Jussus illius præcedere debeat, eod. pr. expectato, si absens 73
est triennio l. 9. & seq. ff. h. t. nec sufficiat rati habitio, l. 13. §. 6. ff. ad L. Jul.
de Adulter. nisi ex tempore illius subsequatæ, l. 5. C. de Nupt. Carpzov. in Ju-
risprud. Consistor. lib. 2. Def. 41. idque sub pœna cassationis, *d. §. 12. id. ibid.* 74
Def. 40 & exheredationis, etiamsi miles l. 35. ff. de R. N. vel emancipatus
sit, qui personam duxit indignam, l. 3. §. 5. ff. de bonor. posses. contr. tab. junct.
l. 5. & 9. ff. de transact. i. e. talem, quam Pater vero similiter repudiaturus
erat, l. 11. infin. ff. de R. N. nisi annum ætatis 25. exesserit filia, cujus nupti- 57
as temere & contra l. 19. ff. de R. N. Pater distulerit. Novell. 115. cap. 3. §. 11.
auth Sed si C. de officios. testament. Christinaeus volum. 3. libr. 5. Decis. 128. n.
11. & seqq. Quoad consensum vero Matris Jus Civile, naturali & debito u- 76
trique sexui Parentum, honori & obsequio, *l. 6. ff. de in jus vocand. l. 4. ff. de*
Curator. furios. quoad antenus detrahit, l. 62. in pr. ff. de R. N. junct. §. 11. Inst. de
adopt. & §. 3. ibid. de hered. qualitat. & different. donec Pater vivit l. 1. & l.

77 20. C. de Nupt. unde merito ab eo recessum est, & hodie utriusq; Parentis
 Consensus, licet impii sint & crudeles, *Novell. 12. cap. 2. Carpzov. in Jurispr.*
Consist. lib. 2. Def. 43. sive in potestate sint liberi, sive emancipati, *id. ibid.*
 78 *Def. 49.* tam de Jure naturæ, si non necessitate existentia, a tamen certe ex-
 pedientia, *vid. Ungepauey. ad tit. X. de sponsal. pag. 516.* quam divino, *Exod.*
XII, 12. Deut. V. 16. Canonico, can. 1. & 3. caus. 30. quæst. 5. can. 13. caus. 32. quæst.
2. junct. can. 28. in fin. Dist. 50. (non obstante cap. 23. X. de sponsal. verb. Solus
can. 2. caus. 27. quæst. 2. Cothmann. volum. 1. Respons. 1. n. 153. & seq. & n. 553.)
 79 & Ordinat. Ecclesiasticæ, *Pommersche Kirchen-Ordnung d. l. lub pœ-*
na amittendæ dotis ibid. verb. in eren laven Junnis. Hyrabt gaur tho ge-
ven / edder andern Hülpe tho daun nich schuldig sijn / de necessitate re-
quiritur. Mev. part. 8. Decis. 122. & p. 4. Decis. 198. & 199. Carpzov. in Jurispr.
Consistor. lib. 2. Def. 44. Coler. part. 1. Decis. 5. ita sc. ut sine Parentum con-
 80 sensu contracta sponsalia pro clandestinis habeantur, etiam si vel 1000.
 testes adfuerint, *Carpzov. in Jurisprud. Consist. lib. 2. Def. 38. Cothmann.*
d. l. n. 145. & n. 297. & liberi invitis Parentibus contrahentes, quodammo-
 81 do Parricidæ vocentur à B. Luther. *lib. cit. n. 57.* & sui furtum facere, *arg.*
 82 *l. 1. C. de serv. fugitiv. Clancularius vero sponsus infamiam incurrere, l. 1.*
ff. de his qui notant. infam. & plagium committere dicatur, Cothmann. d. l.
n. 173. & n. 722. add. Jus Lubecens. lib. 1. tit. 4. Art. 4. junct. l. unic. s. 1. in fin. C.
 83 *de rapt. virg.* quamvis ipsi filio, non agente ad rescindendum Patre, non
 competat exceptio nullitatis aut invaliditatis. *Mev. part. 8. Decis. 41.* Non
 84 tamen cogendi sunt Parentes consentire sponsalibus clandestinis, si ju-
 stam dissentienti causam habeant, *vid. omnino Cothmann. Vol. 1. Respons. 1.*
n. 35. usq; ad numer. 255. Carpzov. in Jurispr. Consistor. lib. 2. Def. 52. v. g. quod
 liberi omnino insciis iis contraxerunt &c. *id. ibid. Def. 57. & 58. Cothman.*
 85 *volum. 1. Respons. 1. n. 255.* ubi plurimas legitimi dissensus causas congesit,
 modo secundum praxin & æquitatem hodiernam, non sit subsequuta co-
 86 pula carnalis *Carpzov. ibid. Def. 60. & in tract. de Jur. foeminar. Decad. 1. posit.*
8. per tot. quamvis sola paupertas, *id. ibid. Def. 55. junct. l. 7. C. de incest. Nupt.*
& can. 6. in fin. caus. 15. quæst. 1. nobilitatis prærogativa, id. ibid. Def. 56. mo-
 dica ineptitudo sponsæ ad rem familiarem s. œconomiam, *Mev. part. 8.*
Decis. 123. & similes causæ, quarum arbitrium est penes Consistoria, *id.*
 87 *ibid. Def. 53. & 62.* non sint adeo Justæ, ut solæ sufficiant. Liberis quo-
 que ille contemptus non plane impunis esse debet *id. ibid. Def. 54. & 61.*
 88 & quod de Patre dicitur, *l. 16. s. 1. ff. de R. N. idem obtinet in Avo, secun-*
 dum distinctionem Juris, quam explicat *Dn. Strykius in Dissertat. de Jur.*
 89 *Avor. cap. 2. n. 88. & seq.* Tutores quod attinet & Curatores (quamvis ad
 officium

officiū eorū non pertineat elocare l. 20. ff. de R. N. l. 8. C. eod.) utiqv̄
honestatis est, eorum consensum adhibere l. 18. l. 20. & arg. l. 25. C. de
Nupt. Carpz. d. l. Def. 46. & 47. ubi tamen dissentiente Matre Consistorii 90
autoritas & interventus litem finire debet d. l. 18. & 20. in fin. id ibid. Def.
48. Jure Lubeeens. libr. 1. tit. 4. Art. 2. & 4. & ex ordinatione Ecclesiastica 91
Pomeraniæ nostræ, vid. Pommersche Kirchen-Ordnung / pag. 43. 2. s. un-
de im fall verb. Vader unde Mauder ad der Vormunder &c. (sicuti &
proximiorum consanguineorum) consensus omnino requiritur d. 92
Kirchen-Ordnung / pag. 43. §. wo ocf &c. ane Beten unde Willen
verordnere Vormunder unde nechsten Grunde &c. sub gravi poenā tex.
(ε) Et solennitatibus jure constitutis de quibus deinceps pleni-
us ad cap. 4. (III.) Maris & foeminæ unde patet quod prohi- 93
bita sit (α) vaga vel ut alias dicitur vulgi-vaga venus, frequens in Civita- 94
tibus illis, ubi publica permessa lupanaria, ut Romæ, Venetiis, Amstelo- 95
dami &c. vel ideo quod propter metum Adulterii & Sodomiae ex duo-
bus malis minus sit eligendum can. 6. Dist. 4. can. 2. s. est in. Dist. 13. vel
potius ut expensione annua locupletetur ærarium, vid. Bekmann. libr. 2.
Politico. cap. 7. s. fin. pag. 498. cum tamen (nisi Pontifici in d. can. 2. 96
qui reapse DEUS, in can. 7. Dist. 96. & caput omnium ecclesiarum, in l. 8.
in fin. pr. C. de summa Trinitat. quamvis cum proprio suo & pridem con-
fesso pudore, in Extravagant. commun. de majorit. & obed. vocari non eru-
buit, abominabili mendacio, subscribere velimus) nec illud in morali- 97
bus verum sit, can. 1. Dist. 14. tx. ad Roman. II, 38. & seq. neq; hoc excusabi-
le lucrum arg. l. 1. C. de naufrag. cum non sint facienda mala, ut inde eve-
niant bona, ad Roman. III. 8. nec stabilis substantia ejus, quod de malo
congregatur, can. 11. s. sed est nec. Dist. 88. quin unus nummus male par-
tus, decem bene partos secum abripiat, ut dicitur in Inst. & Regul. judic.
Reg. Svec. de anno 1662. s. 4. præsertim cum huic, quod negligenter metui-
tur, malo facile occurri possit remediis honestis & profuturis. vid. Frit- 98
sch. in tractat. Princeps peccans. conclus. 29. per tot. (E) Sodomia (γ) Mastu- 99
pratio (δ) peccatum Onaniticum, ab Onane Genes. XXXIX, 9. sic dictum
add. omnino tx. Genes. IV, 10. ubi in originali pro singulari legitur plura-
lis: sanguines quasi perierint, qui nasci potuissent. can. 9. caus. 32. quest. 2.
De quibus tamen tacere nos præstat, quam loqui. vid. interim potest Carp-
zov. in Prax. criminal. part. 2. quest. 76. n. 9. & seq. Kitzel. in Synops. Matri-
monial. c. 3. th. 1. lit. H. & K. Schiller. in Manuduct. Philosoph. moral. c. 4. s.
35. & seq. Siman. de impotent. Conjugal. cap. 2. per tot. ubi tamen nimis aperte,
& cum

& cum quodam honestæ verecundiæ neglectu de his criminibus agit, &
 100 castissimis Impp. Constant. & Constant. in l. 31. C. ad L. Jul. de adulter.
 (quàm explicat *Camerarius in horis subcisivis. part. 2. cap. 42. pag. 179. & seq.*
Revard. de Jur. ambigu. libr. 4. cap. 20. & pulchram stylo, justam senten-
 101 *tiâ, quamvis materiâ turpem vocat Albericus ibid. citat.*) vestigiis non usq;
 quaq; insistit. (ε) Bigamia, quam prohibet Jus civile, modo prima spon-
 102 salia fuerint publica, sub poena infamiæ, l. 1. ff. de his qui notant. infam.
 & Jus Canonicum sub poena Casationis, etiam, si secunda sponsalia per
 benedictionem sacerdotalem & concubitum sint confirmata. cap. 30. X.
 de sponsal. Et Polygamia, non quidem succelsiva (quam olim Chrysosto-
 mus vocavit honestam fornicationem *can. 9. caus. 31. quæst. 1.* quamq; in
 Ecclesiis Orientalibus ad usq; secundas, *Novell. L. c. 90.* vel quandoq; ad
 103 tertias Nuptias, (secus ac in Ecclesiis nostris, propter *ix. 1. ad Corinth. VII,*
39. 1. ad Thimoth. V, 14. licet vel priori marito promiserit vidua, *Carpzov.*
 104 *in Jurisprud. Consistor. libr. 2. Def. 172.* vel in testamento illius sit prohibita,
 105 ne secundo nubat, *Prukner. centur. 9. quæst. Theologicar. 30.* modo tempora
 iunctus observentur, l. 53. s. 1. C. de Episcop. & Clericis *Carpzov. in Jurisprud.*
 106 *Consistor. libr. 2. Def. 159. & seq.* vel impetretur dispensatio id *ibid. Def. 162.*
 & *seq.*) restringit *Constantinus Porphy. const. 1. cap. 2.* sed simultanea, adeo
 ut binas nuptias contrahens Jure civili infamis l. 1. ff. de his qui notant. in-
 fam. l. 18. C. ad L. Jul. de Adulter. & insuper pro ratione circumstantiarum,
 vel stupri, d. l. 18. vel adulterii simplicis, *authent. Sed hodiè C. eod. Novell.*
 107 *134. cap. 10.* vel etiam capitalem quandoq; poenam incurrat, argumento
 à contrario sensu deducto ex l. 7. C. de Repud. modo copula carnalis ac-
 cesserit, *Carpzov. in Prax. Criminal. libr. 2. quæst. 66. n. 14. & seq. Menoch.*
 108 *de Arbitr. Judic. quæst. centur. 5. cas. 420. n. 97. & seq. Farinac. in Prax. Crimi-*
 unâ uxores duxerat, omnes dimittere teneatur, præter primam. cap. 8. X.
 de divort. *Prukner. d. l. centur. 9. quæst. 33. Gerhard. de Conjug. s. 226. Brunne-*
 109 *mann. de Jur. Ecclesiast. libr. 2. cap. 17. s. 30.* Hodie ex *Constitut. Criminal.*
 110 *Caroli V. art. 121.* ordinaria Polygamix poena est, gladius. *add. B. Dn. Cla-*
sen. ibid. à quâ intercessio conjugis innocentis, bygamum vel Polyga-
 111 *num non liberat, Carpzov. d. l. n. 39. & seq. nisi Princeps, penes quem*
ius est aggratiandi, l. 27. in fin. pr. ff. de pæn. etiam in hac delicti specie,
uti vult quidem Respons. Facult. Francofurt. apud Dn. Stryk. in addit. ad Jus Eccle-
 112 *siast. Brunnemann. libr. 2. cap. 16. n. 1.* ex singulari gratiâ dispenser. Quod
 attinet Jus naturæ & divinum, jure divino novi Testamenti, polyga-
 miæ simultaneæ utraq; species prohibita est. *Matth. XIX, cap. 8. X. de divort.*

In veteri

In veteri Testamento illam, quando vir unus plures duxit uxores, non esse improbatam, Deuter: cap. XXI, 15. & XXV, 5. 2. Samuel: XII, 8. Exempla sunt Lamechus Genes: IV, 19. Abraham, Genes: XVI, & XXI, 18. Jacob Gen: XXIX, 30. & XXX, per tot. Gideon Jud. VIII, 30. seqq: David 2. Sam. XII, 8. add 1x: Genes: XXX, 18. & cap. XXXIII, 5. Ast Jure naturæ in thesi eandem licitam esse, non reluctamur can: 3: caus: 32: quæst: 4: Grot: de Jur. B. & P. libr: 2: cap: 5: §. 9: n. 3: ibiq; Belthem quæst: 2: pag: 745: & seqq: Dn: Struv: Exercit: ad ff. 29 thes: 52: & alij quam plures, quamvis non in omnibus consentiamus Alethæo in Tractat: quem inscribit; Polygamia triumphans: per tot. Malum enim inter tot maximorum ingeniorum dissidia de hac tabula manum subtrahere, territi exemplo Viri cæteroquin laude digni Lic. L. qui ante annos non ita multos, salvo, ut putat Dn. Stryk: ad B. Brunnenan. Jus Ecclesiast: libr: 2: cap: 16. §. 1: ex l: 22. ff. de his qui notant: infam: honoris tutamine, Holmiæ expertus est, quæstiones contra tot LL. obices innoxias & mere cathedrales æq; in crimen trahi posse, ac olim ridendis potius illis, quam ruminandis, v. g. an resurgens e mortuis recuperet uxorem suam? vel ordinandus iterum sit, si fuerit Sacerdos? vel baptizandus denuo, si fuerit Christianus? &c. Sebast. Medic: in tractat. Mors erania solvit part. 1. n. 145. it. cujus sit ovum à diversis gallinis positum & exclusum. Abel. part. 1: seltsamer Gerichts. Handel. casu 30. quem pedem primum in Italiam poluerit Æneas? &c. vid. Carpzov: in usu arb. consangu: posit: 1: n. 6. & seqq: non suffecisse. (IV.) Indissolubilem vitæ societatem continens respectu voti & intentionis, quos enim DEUS conjungit, homo non separet Matth. XIX, 6. temere sc. violenter, sine lege & ratione can. 18. caus: 33. quæst: 2. Ut ut enim inter Conjuges sit ejusmodi nexus, qui vinculo quodam adamantino i. e. fide mutuâ & non labefactandâ eos constringit, & fortunæ, sive prosperæ, sive adversæ socios facit l: 22. §. 7. ff. solut. Matrimon: add. Tacit: de Morib. Germanor. cap: 18. Justin. libr: 23. cap. 2: (non tantum Jure Civili, sed & Gentium Puffendorff. de Jur. Natural: & Gent: libr: 6. cap: 1. §: 22.) ita ut neq; ob furtum, quod extraordinariâ poenâ plectendum erat, sponsalia (multo minus nuptiæ jam consummata) regulariter dissolvi debeant, Carpzov. in Jurisprud. Consistorii libr: 2: Def. 178. & seqq. licet aliquando prævia cognitione Consistorii id ibid. Def. 175. & Mer. part. 6. Decis. 225. & 26. n. 14. levioribus ex causis v. g. ob notoriam ineptitudinem sponsi, Mer. part. 6: Decis. 227. Ob metum non incertum infausti conjugii, id ibid. Decis. 226. ob mutilationem & claudicatem membri supervenientem. Carpzov: ibid. Def. 180. imo ob insanabilem foetorem anhelitus, Mer. part. 4. Decis. 43. n. 3: Dn. Stryk.

D

de Jur.

- 123 *Jur. Sens. Dissertat. 5. cap. 2. n. 10. & seqq.* sponsalia dissolvi possunt. **Qui-**
 bus in casibus an concedenda nova sponsalia? *Idem part. 6. Decis. 359. An*
 124 *pæna Ecclesiastica? ibid. Decis. 355. & seqq.* Dantur tamen causæ ob quas
 dissolvi matrimonium, licet contractum, potest, idq; vel in totum, vel
 saltem quoad thorum & mensam. Illæ sunt vel naturales ut mors,
 125 omnia solvens; *Novell. 22. cap. 20.* quæ tamen non præsumitur, *l. 56. ff. de*
usufruct. l. 8. ff. de usu & usufruct. legat. l. 23. §. 1. in fin. C. de SS. Eccles. jung.
Finkelthaus. Observat. 100. sed probanda prius est, vel per depositionem
 duorum testium *Carpzov. d. l. Def. 166. Mev. part. 4. Decis. 401.* aliquando
 tamen unius *Carpzov. ibid. Def. 167.* vel per attestatum fide dignum Magi-
 stratus, *Id ibid. Def. 168.* aut ducis belli *Mev. part. 5. Decis. 134.* rarius jura-
 mento partis *Carpzov. d. l. Def. 169. add. Mascard. de probat. vol. 5. Conclus.*
 126 *1075.* alioquin reverlus recipiet suam uxorem licet alteri nuptam. *Novell.*
 127 *117. cap. 11. can. 1. caus. 34. quæst. 1. cap. 2. X. de secund. Nupt.* Quod attinet
 mortem Civilem, & in specie captivitatem, illa de Jure civili dirimit qui-
 dem nuptias, *l. 1. ff. de divort.* verum non simpliciter, sed interim, donec
 maritus servus hostium est, *l. 12. §. 4. ff. de captiv. & postlimin. revers.* ejusq;
 vel reditum vel mortem uxor expectare tenetur. *Dn. Stryk. ad B. Brun-*
 128 *nemann. Jus Ecclesiast. libr. 2. cap. 17. §. 29.*; Vel Legales, ut (1.) adulte-
 rium, sive simplex illud sit, sive duplicatum. *Carpzov. d. l. Def. 189. per*
tx. Matth. V, 32. cui add. l. 8. §. 2. C. de Repud. Novell. 22. cap. 15. Novell. 117.
cap. 8. & 9. can. 1. caus. 32. quæst. 1. can. 19. caus. 32. quæst. 5. & alibi passim.
 129 Nam etiam illud reapse adulterium i. e. violationem fidei s. thori con-
 jugalis putamus, quando Maritus cum soluta concumbit *l. 1. C. ad L. Jul.*
de adult. can. 11. caus. 32. quæst. 4. Est enim inter Conjuges societas, *l. 1. ff. rer*
amotar. & mutuus veluti contractus, Novell. 22. cap. 19. ubi æqualitatem,
Novell. 2. cap. 5. s. æquam lancem ipsa æqvitat. ratio desiderat, l. 20. ff. de
 130 *re judicat. l. 13. §. 3. ff. ad L. Jul. de adulter.* modo tamen præcedat probatio,
 eaq; vel præsumptivè concludens, *cap. 4. X. de adulter.* maximè si civiliter
 agitur ad dissolutionem, *Carpzov. in Jurisprud. Consist. Part. 2. Def. 185.*
Francisc. Niger part. 1. Controvers. forens. 171. per tot. cum sit delictum occul-
 tum & difficillimæ probationis, *vid. Mascard. vol. 1. conclus. 57. & seqq.*
 131 in quibus, non utique leves, *l. 5. in pr. ff. de pæn.* sed urgentes suspiciones
 vim probandi habent. *Cacheran. Decis. 71. n. 30. Mascard. de probat. vol. 1.*
conclus. 57. & seqq. & vol. 2. Conclus. 81. Dn. Stryk. in tractat. de Jur. Sens. Dis-
sertat. 7. cap. 5. n. 16. & 20. B. Dn. Clasen ad Constitut. Carolin. Art. 22. pag. 123.
 Sicuti in simili, quando Maritus per decennium absens fuerit, & rever-
 sus domi

hus domi invenit anniculum vel diu cohabitare uxori ob corporis affli-
ctiones non potuit, sine dubio partus probabitur adulterinus, *add. Ma-*
scard. d. libr. Conclus. 8u. ibiq. Riccius in addit. quamvis certo in effectu juris
hæc res dubitationem receperit. l. 6. ff. de his qui sui vel alien. Jur. sunt l. 1. §. 132
4. 14. & 15. l. 3. §. 1. ff. de agnoscend. & alend. liberis. Nec licet hodie (sicuti 133
olim per l. 8. §. 3. C. de Repud. Novell. 117. cap. 9.) privata autoritate recede-
re ab eo, eâve, qui vel quæ commissi adulterii suspecti sunt, sed audiendi
prius, possint ne crimen imputatum diluere, & defendere se innocenter
l. 1. C. de execut. rei judicat: quod in V. T. ab uxore accusata fiebat per bibi- 134
tionem aquæ sanctæ. Numer: V, u. & seqq. Et, si interim maritus sciens 135
cohabitaverit, & conjugale debitum præstiterit uxori, censetur cum eâ
reconciliatus, gloss. in cap. f. X. de adulter. Niger. d. l. n. 29. quamvis igno-
rans non præjudicet sibi, quin etiam post lapsum quinquennii (quo alias
huic actioni præscribitur l. 5. C. ad L. Jul. de adulter.) civiliter ad dissolutio-
nem thori agere possit. *Brunneman. de Jur. Ecclesiast. libr. 2. cap. 17. §. 21:*
De sponsa quoq; similiter dicendum est, eam, non si post sponsalia so- 136
lum fornicationem vel adulterium commiserit, *Carpzov. in Jurisprud.*
Consistor. libr. 2. Def. 148. licet præsumptive saltem probatum, *Id ibid. Def.*
185. aut nova nupta gravida reperta sit, *Id ibid. Def. 139: Finkelthaus. observat.*
30. sed etiam, si ante sponsalia contracta ab alio vitiata sit, repudiari posse
can. 1. caus. 32. quæst. 1. Novell. Leon. 43. Carpzov. de libr. Def. 187: quamvis in 137
persona sponsi non omnino idem sit. *Id ibid. Def. 186. & 188. & in tract:*
de Jur. seminar. Decad. 1. posit. 7. add. Stryk. dict. tract. libr. 2. cap. 17. §. 25. pag.
679. Innocenti interim concedi novas nuptias, hodie expeditum est, *Id.* 138
ibid. Def. 190. rarius parti nocenti; *Id ibid. Def. 191.* & jus canonicum *can. u-*
nic. in fin. caus. 29. quæst. 1. in hisce casibus receptum non est. (2.) Maliti- 139
osa desertio, *1. ad Corinth. VII, 15. l. 6. ff. de divorc.* Ubi tamen prævia requi-
ritur causæ cognitio, citatio, & processus desertionis legaliter finitus.
Knich: in opere politic. libr. 1. cap. 1. thes. 22. Explicat. 2. pag. 106. Carpzov. in Ju-
risprud. Consistor. libr. 2. Def. 170. Sicuti enim ex causa probabili absens, qui 140
ubi sit non ignoratur, semper l. 17. ff. de R. N. Novell. 22. cap. 7. Novell. 117.
cap. 11. auth. Hodie. C. de repud. ita ex causa improbali absens, si apparet, ubi 141
sit, in faciem, sin latet, edictaliter citandus est, *Mev. part. 1. Decis. 253. Carp-*
zov. d. l. Def. 62. n. 14. expectato prius triennio, l. 2. & auth. *Sed hodie C. de*
repud. Brunneman. d. libr. §. 29. in fin. vel quadriennio, l. 7. C. eod. vel quin-
quennio, *Brunnemann. d. libr. in pr. & c.* prout lege, vel statuto, vel iudicis
arbitrio hæc tempora definita sunt, *add. Bürger Centur. 2. observat. polit:*
milit. 34. Dn. Stryk. ad dict. l. Brunnemann. §. 27. verb. in 3. Princip. territorii & c.

ubi cum Colero part. 1. Decis. 107. n. 26. probat, terminum citationis currere
 145 à die affixionis. Quod si tamen probari possit, Maritum, cum mere-
 trice, vel uxorem cum adultero aufugisse, non opus erit tempora defini-
 ta expectare, sed processus desertionis vel statim inchoari potest.
 143 Carpzov. d. libr. Def. 69. n. 2. Sed quæritur, quid dicendum sit de marito re-
 verso, si absentiam suam purgare velit, an audiendus, si sententiam de-
 sertionis jam sit promulgata? affirmat Dn. Stryk. ad Brunnemann. Jus. Ec-
 clest. libr. 2. cap. 17. s. 27. in fin. eo, quod sententia contra matrimonium
 lata, nunquam transeat in rem judicatam, quin locus sit appellationi,
 per ea quæ docet Heigius part. 1. quæst. 40. n. 25. Carpzov. part. 3. Decis. 246. n.
 144 17. ad mittendum hætenus, si cætera sint paria, & res adhuc integra, i.e.
 novæ nuptiæ (quas parti innocenti inire licebit Carpzov. Jurisprud. confi-
 stor. libr. 2. Def. 192.) nondum consummata, licet sponsalia nova con-
 tracta sint. Carpzov. d. libr. Def. 68. Imo, si reversus probare velit, pla-
 ne nullam desertionis causam subfuisse, sed ex casu mere fortuito, vel
 146 inevitabili, se esse impeditum, interim sequestranda erit uxor litigiosa,
 147 cap. 14. X. de sponsal. & per decretum interimisticum posteriori marito,
 qui bona & dotem hujus uxoris detinet, injungendum, ut interim præ-
 stet alimenta. Dn. Stryk. in Dissertat. de Decret. interimistic. cap. 2. n. 16.
 & seqq. add. Dn. Muller. in Dissertat. de fuga pag. 173. & seqq. (3.) Impoten-
 148 tia Conjugalis, de qua supra dictum. Vel quoad Thorum &
 Mensam, non quidem ex principiis Jur. Civil., utpote cui hæc sepa-
 ratio incognita est l. 3. ff. de divort. junct. l. 34. ff. de adopt. sed canonici,
 quod vinculi conjugalis totalem solutionem non permittit, cap. 2. &
 149 tot. tit. X. de divort. Ut vero locum habeat hæc separatio vom Tisch
 und Bette/ requiritur lævitia enormis, unde periculum vitæ immine-
 150 at, eaq; incorrigibilis, Brunnemann. de Jur. Eccles. libr. 2. cap. 17. s. 31. parum
 excusanda vulgari abusut. Genes. III, 16. quem vetus editio German. Bi-
 blior. de anno 1493. (cujus exemplar in illustri Bibliotheca Gvelferby-
 tana videre licet) ita vertit. unde he schal æfer die herschaphen / Die vaken
 151 tho pinigen / unde tho schlan. Nam siquidem per cautionem de non ul-
 terius offendendo, Carpzov. d. libr. Def. 188. & seqq. vel comminationem
 poenæ arbitrariæ, id ibid. Def. 107. & seqq. averti aut præcaveri damnum
 possit, ad separationem properandum non est. cap. 1. X. ut lis. non contest.
 cap. 13. in fin. X. de rest. spoliat. add. Francis. Niger part. 1. controvers. forens. 172.
 152 per tot. Quod interim concernit onus alimentandi & lucrum statutarium
 illud sustinebit Maritus qui separationi causam dedit, Carpzov. sepius d. li-
 bro.

bro. Def. 213: quia non in totum solutum est Matrimonium, sed spes re-
conciliationis & causa præstandorum alimentorum, propter usumfru-
ctum dotis, quem retinet, adhuc perdurat, Dn: Stryk ad Brunne-
mann. ius Ecclesiast. libr. 2. cap. 17. § 31. pag. 686. n. 3. Carpzov. d. libr. Def. 214. nisi malit
uxori bona illata, & alimentis sufficientia, restituere *ibid.* Hoc verò an
amittat is, qui causam separationi dedit, anceps est quæstio? Negat
Carpzov. d. libr. Def. 215. sed contra affirmat Berlichius part. 3. Conclus. 36. n.
28. Brunne-
mann. de Jur. Ecclesiast. libr. 2. cap. 17. § 32. Dn. Stryk. *ibid.* B. Dn.
Mev. part. 5. Decis. 135. & seqq. quorum opinioni subscribo pp. l. 39. ff. de so-
lut. Matrimon. l. 3. ff. de his quæ ut indigni l. unic. § 1. ff. unde Vir & Uxor. Novell.
117. cap. 5. Ad præcavendas tamen lites & redimendam vexam, securius
erit, pacisci cum parte nocente, ut spei suæ renunciaret. l. pen. & ult. C. de
pact. add. Kellenbent. de renunc. succes. cap. 2. per tot. Olim dissolvi poterat
Matrimonium mutuo dissensu. l. 2. §. 1. & 2. ff. de repud. & improbaban-
tur ejusmodi pacta, ne liceret divertere, ob libertatem matrimonii, l. 2.
C. de inutil. stipular. Quod tamen postea mutatum est, Auth. quod hodie C.
de Repud. Gudelin. de Jur. noviss. libr. 1. cap. 10. & hodie severius coercetur, per
ea, quæ dicta sunt hætenus &c. Non obstat Novell. 140. quoniam non
est Justiniani, sed Justinii Imperatoris, vid. Novell. Justin. Const. 2. & Go-
thofred. ad Novell. 140. n. 13. nec ulu recepta. Poterit tamen hodie, si mul-
tā solverit sponsus refractarius, & sponsæ volenti de impensis & inju-
riis satisfaciat, mutuus ille dissensus sponsaliorum dissolutionem o-
perari, Mev. part. 8. Decis. 307. add. *id.* part. 6. Decis. 62. licet non semper, nec
absq; ratione sufficiente *id.* part. 5. Decis. 210. sæpe enim refractarii ad con-
summationem compelluntur, *id.* part. 3. Decis. 382. etiam officio judicis,
id. part. 6. Decis. 61. conveniente & modo & gradu compulsione. *id.* *ibid.*
Decis. 383. Cothmann. Volum. 2. Resp. 86. & seqq. usq; ad fin. Carpzov. in Juris-
prud. Consistor. libr. 2. Definit. 132. & seqq. usq; ad definit. 137.

§. 2.

Explicatam hætenus Definitionem excipit divisio nuptiarum, 158
quod sc. ingenere sint vel justæ vel injustæ. Illæ iterum (1.) vel *inchoatæ*,
quæ in actu primo dicuntur perfectæ. l. 30. ff. de R. J. Sicuti emptio vendi- 159
tio in gradu perfectionis primo perfecta dicitur, simulatq; de pretio
convenerit. pr. Inst. de Empt. & vendit. l. 2. §. 1. l. 8. in pr. ff. de contrahend.
empt. l. 5. §. 2. ff. de rer. permutat. vel consummatæ, per benedictionem Sacer-
dotalem, & copulam subsequutam. (2.) vel primæ vel secundæ i. e. omnes 160
quæ primas sequuntur, licet in ordine tertiæ quartæ &c. sint. tot, tin. C. de

D 3

secund.

secund. Nupt. sicut in simili secundus hæres dicitur, licet gradu remotiore substitutus sit. l. 1. in pr. ibiq. gloss. de vulgar. & pupillar. substitut. Hæ sunt (1.) vel nefarie in linea Ascend. & descendentium s. 1. Inst. de Nupt. vel incestæ, l. fin. ff. de R. N. vel inutiles. rubr. C. de incest. & in utilibus nupt. Jure Canonico dividuntur insuper, quod sint vel publicæ vel clandestinæ, i. e. sine consensu Parentum, sine testibus, sine benedictione Sacerdotali contractæ, indeq; prohibitæ. tot. tit. X. de Clandestin. desponsat. &c. Verum de his passim jam actum fuit, & plura sequentur. *Videri intere apotešt Schutz: in Synopsi Lauterbach. tit. ff. de R. N. Thadæus Pifo. de Sponsal. tr. part. 2. pag. 12. & alii progredior ad*

CAPUT III.
DE
CAUSA EFFICIENTE.

<p>CAusa nuptiarum universalissima 1. Subordinata eaq; remota 2. Propinqva 3. Libertati consensus non detrahatur per necessitatem consensus paterni 4. Libertas qvo sensu dicatur facultas faciendi qvodlibet 5. Qvæ sint moraliter impossibilia 6. Libertati consensus qvid obstet 7. Consensus contrahentium sit (1.) certus non ambiguus 8. Non ligant sponsalia jocosa 9. Solemnia tn. verba non requiruntur 10. (2.) Non elicitus dolo malo 11. Dolus bonus jure civili permissus 12. Mendacium officiosum est excusabile 13. Qvid in materia nuptiarum 14. Ob mentitas divitias an irritentur sponsalia 15. Qvid si Sponsus sibi falso persvadeat divitias sponsæ? 16. Poculum amatorium propinare prohibitum est 17. Noxiæ superstitiones vitandæ 18. Lex 4. C. de Malefic. & Mathem. st. improbatur 19. (3.) Expers violentiæ 20.</p>	<p>Blanditiis an licet provocare consensum liberorum 21. Et qvomodo 22. Coacta Matrimonia difficiles solent habere exitus 23. (4.) Metus 24. Non ligant sponsalia metu contracta 25 Exemplum ridiculum 26. Qvalis sufficiat metus iudex arbitrabitur 27. Metus qvando non impedit sponsalia? 28. Qvid si fur precibus puellæ liberatus nuptias promittat 29. Metus reverentialis an impediatur sponsalia? 30. Parentum voluntati parendum 31. Vel statim dissentendum 32. Aut implorandum Judicis officium 33. Metus illatus per cohabitationem sponsæ neampurgatur 34. (5.) Erroris (a) substantialis 35. Obiectio qvæ refellitur 36. Sponsam stupratam nemo cogitur retinere 37. An idem in sponso qvi stupro se maculavit 38 Præsertim post sponsalia contracta 39. Effectus reconciliationis 40.</p>
--	--

Et

Et spontanea Cohabitationis 41.
Error q̄ualitatis extrinsecæ 42.
Fucata formositas damnatur 43.
Verus ornatus Christianæ mulieris sunt boni mores 44.
Solatium contra divitias falsò speratas 45.
It: contra mentitam formositatem 46.
Habita tn. consideratione circumstantiarum 47.
Error Juris q̄vem habet effectum 48.
Error facti an excuset 49.
An liberi ex errore nati sint infames 50.
Ebrinus an possit contrahere sponsalia 51.
Q̄uid si sobrius ratihabuit? 52.
Consensus explicatur (æ) verbis expressis 53.
Exempla ibid:
An conditione pendente valeant sponsalia purè contracta? 54.
Sponsalia de futuro cedunt Sponsalibus de de presenti 55.
Q̄uid si copula illis accessit? 56.
(S) literis 57.
Quando literis probantur sponsalia contracta 58.
An liceat pœnitere ante acceptionem literarum 59.

Acceptans literas contradicere debet, Nisi obligari velit S̄ quando 60.

(V) Nutu 61.
Mutus S̄ surdus an possunt contrahere nuptias 62.
An signis possit demonstrare voluntatem 63.
Agonizans an possit Matrimonium contrahere 64.
(S) Per alium idq̄ (1.) spontè 65.
Alter Weiber Kupleren ist unanständiglich 66.
Req̄viritur mandatum speciale 67.
Proxenetæ an possit substituere 68.
Nuptiæ imaginariæ contrahi possunt à Legato nomine mittentis 69.
Exemplum VVolfgangi Polyemi 70.
(2) In vitè 71.
Sponsus S̄ Sponsa sine causa fœdisfragi compulantur pastore interprete 72.
Non sine notabili effectū 73.
Contra refractarium sponsum injuriarum competit actio 74.
Et Magistratui jus mulctandi 75

S. I.

Præsupponimus hic utiq̄; universalissimam, ut rerum omnium
 ita & Matrimonii causam DEUM T. O. M. ejusq̄; præceptum generale
Genes: 1, 28. Crescite & multiplicamini. Vide Beckmann. lib. 2. Polit. cap. 7:
 s. 1. Huic subordinamus ceu causam remotam, Jus, idq̄; Naturale,
 quoad instinctum sc. & appetitum homini cum brutis communem, pr.
Inst. de Jur. N. G. & C. Gentium, quoad consensum, qui prælucente
 pudore & honestate ordinatur. *l. 14. s. 2. & l. fin. ff. de R. N. junct. l. 1. in pr. ff. de pact. Civile*, quoad superadditos prohibitionum gradus, & solennitates extrinsecas *tot. tit. Instit. ff. & C. de Nupt ut & tot. tit. X. de Sponsal. cum seqq. & alibi passim*. Et denique qui horum omnium, vel custodes vel dispensatores sunt, Magistratus, *Beckmann. d. libr. 2. polit. cap. 7. Parag. 2. & Parentes*.

Causa

§. 2.

3 **Causa efficiens propinqua est consensus ipsorum contrahentium**
l. 30. ff. de R. N. libere & cum deliberato consilio expositus. Quamvis
 4 enim (ut saepe dictum est) contra voluntatem Parentum nuptias con-
 5 trahere nefas sit, tantum tamen abest, libertati consensus, per hoc detrahi
 ut potius secundum illam reguletur, ita sc. ut liberi Jus quidem habe-
 6 ant, libere contrahendi, sed non promiscue & indigne. *Bekmann, de*
libro. Sicuti alias libertas describitur *Paragr. 1. Instit. de Jure Persona,* quod
 sit naturalis facultas, ejus, quod cuiq; facere liber, honeste sc. & debito
 modo. Ingenui enim hominis libertas est, honestati & legibus obedi-
 7 re, *arg. l. 4. C. de LL.* sicuti ex contrario, ea, quae laedunt pietatem, hone-
 8 statem, verecundiam & in genere contra bonos mores sunt, moraliter
 impossibilia censentur *l. 15. ff. de condit institut.* Cum vero ex *l. 15. ff. de ju-*
dic. & l. 116. ff. de R. J. notum sit, quod consensui nihil magis contrarium
 sit, quam vis, metus, & error, & juxta *Aristotelem libr. 3. Ethicorum*
cap. 1. libertati consensus opponatur invitum, sive per violentiam,
 sive per ignorantiam tale sit, pauca de his specificè magis addere lubet.
 9 Debet igitur consensus (1.) esse certus, non ambiguus. Unde
 si Proco interroganti virginem, velit ne secum inire Matrimonium?
 Illa Dixerit: *ÿst es auch Fragens wehrt?* Sponsalia non esse contracta
 10 asserit *Carpzov. part. 2. Const. 20. Def. 9* nisi alia concurrant probationum
 adminicula. *Hahn ad Vvesenbec. tit. ff. de sponsal. n. 6. verb. hodie qualicumq;*
promissio: Cypræus de sponsal. cap. 4. n. 12. & 13. It. si v. g. Titius & Seja dum
chartis ludunt, jocantur, se periclitaturos, quis alterum lucrari possit,
 & Titius aliquoties Victor dixerit Seja: Ego te lucratus sum, tu mea
 es! illa acceptans conditionem responderit, ita est. Ex hisce verbis
 sponsalia velle concludere durum foret, *Dn. Stryk. in Dissertat. de jur. Blan-*
ditiar. cap. 2. n. 42. partim, quia verba contrahentium non operantur ul-
 tra eorum intentionem, *l. 19. in pr. ff. de R. C.* partim quia vocalis consensus
 absq; mentali nullus est *Surd. Decis. 119. n. 24. Cypr. d. libr. Parag. 16. n. 3.*
 11 ut proinde non subsistant nec ligent sponsalia jocosè contracta. *Carpzov.*
in Jurisprud. Consistor. libr. 2. Def. 19. Solennia tamen verba, ut olim in
 12 stipulat. *Parag. 1. Inst. de V. O.* non requiruntur, postquam ex nudo pacto
 hodie nasci obligationem & actionem satis certum sit *cap. 1. X. de pact.*
Mev. part. 5. Decis. 407. (2) Non elicitus dolo malo, quamvis
 enim dolus ille bonus, qui describitur in *l. 1. Paragr. 3. ff. de dolo in foro*
 Ciuili non improbetur, *l. 16. Paragr. 4. ff. de Minoribus l. 22. Parag. 3. ff. locat.*
 & men-

& mendacium aliquod officiosum, politicè loquendo, vitium non sit, 13
Zahn: de mendac. lib. 1. cap. 4. & seqq. arg. l. 45. ff. ad Sconsult. Trebell. hîc tamen 14
propter jacturam inæstimabilem, nec facile reparabilem, meritò omnis
omninò dolus improbandus est. arg. cap. 26. X. de sponsal. Zahn. d. tractat.
libr. 2. cap. 86. per tot. Bergal. de doleo libr. 1. cap. 8. per tot. Unde si falsis & 15
suppositiis Chirographis, indeq; fictis divitiis, virginem quis decipiat,
dissolvi sponsalia, quibus dolus causam dedit (cujus exemplum non ita
pridem Lubecæ contigisse notum est) ambigo. arg. l. 7. in pr. ff. de dolo, add.
Respons. Facultat. Francofurtan. n. 3. quod exhibet Dn. Strykius ad D. Brunnemann.
Jus Ecclesiast. libr. 2. c. 16. §. 12. pag. 612. Id. in Dissertat. de Jur. Blanditiar. cap. 2. n. 21. & seqq. 16
Quamvis si ipsemet sponsus sibi persvadeat divitias sponsæ,
ob eas postea non repertas, resilire non possit. Dn. Stryk. in tract. de Jur.
Sens. Dissertat. 10. cap. 4. n. 18. De quo mox plura. Huc pertinent etiam 17
Phyltra, seu pocula amatoria (Germanicè Liebes-Trünckle) quæ hac in-
tentione propinantur, ut bibentem impellant ad amorem, & quoniam
plerumq; infamiam causantur, gravissimæ insuper pœnæ subjacent.
l. 38. §. 5. ff. de Pœn. Dn. Stryk. de Jur. Sens. Dissert. 6. c. 4. n. 38. Dn. Ursinus Disp.
Bon. Schadesfroh cap. 2. membr. 2. §. 1. Sicuti aliàs omnes ejusmodi no- 18
xiæ & pestiferæ superstitiones jure damnatur can. 6. caus. 26. qst. 2. & can. 16.
caus. 26. quæst. 7. Junct. l. 4. C. de Malefic. & Mathemat. (quæ tamen ultima 19
lex, quod obiter notandum, à Constantino, ut creditur, adhuc Ethnico
promulgata, recte abrogata per Novell. L. 65. in fin.) (3.) **Expers** 20
violentiæ, cap. 2. X. de his quæ vi aut metus causa. cap. 5. X. de R. 7. Blanditiis
enim & modicis persuasionibus liberorum consensus eò facilius provo- 21
cari potest, quanto magis pro affectu parentum stat præsumptio, quod
cum filia præsertim, læpius dicantur laborare contra propria commo-
dal. 4. in fin. C. de Sponsal. & verecundiæ ipsarum contrarium, eligere sibi
maritum can. 13. caus. 32. qst. 2. optimum pro illis consilium capere & pos-
sint & velint l. 22. §. fin. ff. ad L. Jul. de Adulter. Monenda igitur sunt ma- 22
trimonia, commendando juvenem, à pietate, virtutibus, forma, divitiis
Parentibus &c. non cogenda, cap. 17. X. de Sponsal. hæc enim difficiles so-
lent habere exitus. cap. 14. X. eod. (4.) **Metus**, Carpzov. Jurisprud. 23
Consistor. lib. 2. Def. 27. & seqq. v. g. verberum, l. 12. C. de Nupt. carceris pri- 24
vati, l. unic. C. de emend. propinquo. Carpzov. in Prax. Criminali. part. 3. qst. ut.
n. 82. & seqq. violentæ stuprationis, l. unic. in princ. C. de Rapt. Virgin. sive
Pater ipse præsens, §. fin. Instit. de noxal. act. l. 7. §. 1. l. 8. §. fin. ff. quod metus
causa; sive filii inermes & vim a jore superati, consentire coacti sint d. l. 8. 25

E

Paragr.

- 26 §. 2. etiam si jurato promiserint. *Carpzov. d. libr. Def. 28.* Exemplum ridiculum de studioso affectante pudicitiam puellæ, qui ab illius Patre, fabroferrario, ferro candente ad promittendum Matrimonium adactus fictum nomen subscripserat. *Johannes Vi coactus. vid. apud Johan. Catsii*
- 27 *Novell. quart. 2. p. 271.* quamvis hoc loco præcise necessarium non sit metum esse talem, qui cadat in constantem virum, indeq; æstimatio ejus prudentis judicis arbitrio hodie in Praxi relinquitur. *Carpzov. libr. 2. Jurisprud. Consistor. Def. 29. n. 10.* Dissentit Pontifex in cap. 15. & 28. X. de Sponsal.
- 28 Interim hoc bene notandum est (a) sic demum nullum esse consentum vi aut metu extortum, si specialiter ad extorqvenda sponsalia incussus
- 29 fit. Unde si fur dum ad patibulum rapitur, precibus puellæ, ipsum in Matrimonium petentis, à supplicio liberandus (quod aliquando fieri posse docet *Carpzov. in Prax. Criminal. libr. 3. qst. 149. & seqq.*) fidem conjugalem promittat, postea resilire non potest. *Dn. Stryk. ad Brunnemann. Jus. Ecclesiast. libr. 2. cap. 16. §. 3. in fin.* præsertim cum hoc & simili casu consensus ille damnati, ex duobus malis, quod minus est eligentis, de natura invitæ & spontanei, non participet tantum & quodammodo mixtus, sed imo vicinior sitis quæ sponte fiunt. *l. 22. §. 5. in pr. ff. quod met. caus. Aristot. 3. Ethicor. cap. 11. n. 9.* (b) metum reverentialem sponsalibus non esse impedimento *l. 22. ff. h. t. junct. l. 142. ff. de R. 7.* Dum enim ipsa naturalis ratio dicitur obedire Parentibus, *l. 7. ff. de just. & jur. ac venerari eos, à quibus vitam adepti, l. 25. §. 11. ff. de hered. petit. & tenerrimo affectu quotidie nutrimur, l. 7. in pr. c. de curator. furios. merito quoq; ipsorum voluntati & honesto arbitrio nos submittimus. Harprecht ad pr. Inst. de Nupt. n. 143.* Consultum igitur est, ut liberi, si dissentire malint, vel expressè dissentiant, *arg. l. 60. §. 6. locat. l. ult. in fin. c. de his qui à non Dom. manumit. cap. unic. in fin. de Sponsal. impuber. in 6to. cap. 13. de R. 7. eod. vel, si Parentum atrocitatem metuunt, rem deferant ad Consistorium, Pruckner. Centur. 10. qst. 5. Theologicar. 5. ne alioquin per cohabitationem subsequutam, sponsalia ex post facto ratificata censeantur, & indissolubilia fiant. l. 7. §. 1. ff. de Sponsal. junct. l. 5. c. de O & A. cap. 21. X. de Sponsal. Carpzov. in Jurisprud. Consistor. libr. 2. Def. 29.* (5.) Erroris, (a) substantialis sc. & qualitatis intrinsecæ v. g. si quis Sejam ducturus, fidem promittat Cajæ *Cap. 26. X. de Sponsal.* (Non obstat Exemplum Jacobi, cui pro Rahel substituebatur Lea *Genes. 19. v. 20. & seqq.* ad quod Resp. Pontifex *Can. unic. caus. 29. qst. 1.*) vel si quis ducturus virginem inveniat stupratam *Novell. l. 93. can. 1. caus. 32. qst. 1. cap. 25. X. de jur. jurand. Carpzov. d. lib. Def. 187. Finkeltaus Observ. 30.*
- quod

quod pariter quoque in persona sponsi obtinere potest, arg. l. 13. §. 5. ad L. 38
Jul. de adulter. can. 4. caus. 32. qst. 4. cap. 1. & seqq. caus. 32. qst. 6. Id. ibid. Definit. 188.
adeo ut si post sponsalia contracta, stupro se maculaverit sponsus, ipsum 39
quoque Matrimonium jam contractum propter concurrens qd. adu-
lterium, dissolvi queat. Dn. Stryk. ad Brunnemann. Jus Ecclesiast. libr. 2. cap. 17. §.
25. p. 679. Tentanda tamen est reconciliatio, Carpzov. in Jurisprud. Con- 40
sistor. lib. 2. Def. 196. quamvis illa non operetur, ut aut Sponsus infantem
adulterinum alere teneatur (hoc enim oneris vel ipsi stupratori, vel si is
absens sit, aut alimentis non sufficiat, Matri vel Avo aut Avia maternæ,
vel denique in subsidium Magistratui summa æquitas imponit, Id. ibid
Def. 196.) aut Sponsa publicam vindictam penitus evitet, l. 38. ff. de Pact.
l. 9. §. 5. ff. de publican. & vectigal. Quod si verò novus Maritus Sponsæ stu- 41
pratæ sciens præstiterit debitum conjugale, tacita condonatio & recon-
ciliatio inde colligitur, ita ut divortium petens, audiendus non sit, Id.
ibid. Def. 197. Error in qualitate extrinseca & accidentali quod attinet, ta- 42
lis non æquè dissolvit Sponsalia, v. g. si quis persuadeat sibi Sponsam suam
esse divitem, cum sit egena, d. can. unic. caus. 29. qst. 1. Bergal. de dol. libr. 1.
cap. 8. n. 9. & seqq. vel si quis formositate fucati vultus (quam adulterinam 43
fallaciam, non ad placendum hominibus, sed ad serviendum dæmoni-
bus aptam vocat Augustinus in Can. 38. de consecrat. Dist. 5. cum verus orna- 44
tus Christianæ Mulieris non fucus mendax, aut vestium pompa, sed bo-
ni mores sint, Id. ibid.) fascinatus, minus pulchram postea invenerit.
Ejusmodi enim error non penitus excludit consensum in hanc perso-
nam, licet causa, per quam ad consentiendum instigatus est, sit erronea, 45
nec adeo enormis est læsio, quin illa medelam habeat ex vulgato illo.
Ora & labora. Hoc vero solatium ex illo Ovid. libr. 2. de Art. Amand. v. 113 46
& seqq.

Forma bonum fragile est, quantumq; accedit ad annos,

Fit minor, & spatio carpitur ipsa suo.

Vel ex illo Senecæ Trag. in Octavia act. 2. circ. fin.

Probitas fidesq; conjugis, mores, pudor,

Placeant Marito; sola perpetuo manent,

Subjecta nulli, mentis atq; animi bona.

Florem decoris singuli carpunt dies.

Malim tamen hic boni, & circumstantias exacte ponderantis, iudicis ar- 47
bitrium non excludi. Facit tx. Deut. XXIV, 1. verb. umb erwa eiter Un-
Inst willen. (b) Notum est quod error alius sit juris alius facti. Iste præ- 48

tertim juris Naturalis & Divini, non modo non excusat nuptias, l. 9. in
 pr. & s. 3. ff. de Jur. & fact. ignorant. l. 8. s. 1. ff. ad L. Aquiliam l. 19. ff. ad Scon-
 sult. Macedon. l. 48. in pr. ff. de fidejus sor.; sed locum facit poenae arbitrariae,
 Ancheran. Consil. 391. Cothmann; volum. 1. Respons. 27. n. 70. & separationi, eti-
 amsi desponsati poenam lubentes subire vellent. Mev. part. 8. Decis. 153.
 Nam qui stultus est in culpa, fiat sapiens in poena. ut ait Gregor. in Can. 10.
 49 Dist. 38. Ast error facti, quamvis non defendat sponsalia aut nuptias,
 l. 4. C. de incest. Nupt. à poena tamen civili excusat, arg. l. 43. ff. ad L. Jul. de a-
 50 dult. can. 5. caus. 34. qst. 1. & liberis, si qui forsitan ex tali errore nati sint, par-
 cendum est. l. 57. s. 1. ff. de R. N. l. 11. Paragr. 9. ff. ad L. Jul. de Adulter. Novell. 139.
 & 154. junct. l. 22. C. de poen. can. 3. 4. & 5. Dist. 56. cap. 2. & 14. X. qui filii sint le-
 51 git. Sed quid dicendum de ebrio? Num hic sponsalia contrahere valet?
 Breviter respondeo, distingvendos esse gradus ebrietatis. Ut enim mo-
 dica non excusat, ita immodica, quæ exilium mentis inducit, ut ait Ponti-
 fex in cap. 14. de vit. & honestat. Clericor. & quædam amentia, can. 8. caus. 22.
 qst. 4. & furoris species est, can. 5. Dist. 35. sponsalia impedit, l. 8. ff. d. Sponsal.
 52 nisi sobrius rata habuerit, quæ ebrius promiserat. Carpzov. in Jurisprud.
 Consistor. lib. 2. Def. 31. junct. l. 1. in pr. ff. de pact. l. 9. ff. de negot. gest. & l. 17. Parag.
 3. ff. commodat. l. 1. in pr. ff. de constitut. pecun. l. 84. Parag. 1. ff. de R. J. & passim,
 Nicolaus Reusner. libr. 1. Consil. 7. per tot.

§. 3.

53 Explicant consensum suum contrahentes (1.) Per se ipsi, quod fit (a)
 verbis expressis. Idq; vel pure cap. 2. X. de Sponsal. Exemplum vid. Tobie VII,
 14. vel in diem cap. 22. v. eod. vel sub conditione, possibili tamen & hone-
 54 sta tot. tit. X. de condit. apposit. Exemplum vid in Sacris Ruth. III. 13. ubi quæ-
 ritur, quid dicendum sit, si quis puellæ fidem dedit sub hac conditione:
 Si Pater illius consentire velit: An pendente conditione alteri virgini
 possit pure promittere? & respondetur affirmando, tum quia sponsa-
 lia conditionata in effectu nulla sunt, nisi sponsalia de futuro, cap. 5. X. de
 55 cond. apposit. quæ sine dubio posterioribus de præsentibus cedunt, cap. 1. X. de
 56 sponsa. duor. (nisi copula carnalis accesserit cap. 30. X. de sponsal.) tum quia
 conditio nondum adimpleta nihil ponit in esse, l. 213. in pr. ff. de V. S. junct.
 l. 11. Paragr. fin. ff. de recept. qui arbitr. sed nihil actum censeatur, donec ali-
 quid agendum super est. l. 11. in fin. C. de his quib. ut indign. Carpzov. in Juris-
 prud. Consistor. lib. 2. Def. 17.) idq; omnino verum est, si effectum respici-
 mus, nam alioqui si conventionis æquitatem perpendimus, eventus con-
 ditionis expectandus foret, arg. l. 9. Parag. 1. ff. qui potior. sunt in pignor.

Carpzov.

*Carpzov. d. libr. Def. 21. (b) Literis l. 4. Parag. 1. & l. fin. ff. de sponsal. Nec enim
minus valet quod scriptura, quam quod vocibus, lingua figuratis signi-
ficatur. l. 38. ff. de O & A. Paris. vol. 4. Consil. 55. per tot. Quamvis igitur 18
Juvenis, datâ ad Virginem Epistolâ eam appellitans sponsam suam, non
statim probet sponsalia contracta esse, arg. l. 2. ff. quod vi aut clam. l. 74. ff.
de R. 7. seipsum tamen, si puella consentiat, firmiter obligat l. 25. in fin.
ff. de probat. nisi ante acceptionem pœniteat & protestetur. Deficit enim 19
tunc consensus scribentis, quem re adhuc integra revocare licet arg. l. 32.
Parag. 3. ff. de donat inter Viri & Uxor: junct. l. 63. Parag. fin. & seqq. ff. pro socio.
Vice versa puella, quæ recepit literas, continuo testationem interpo- 60
nere debet sui dissensus, nisi ipsamet obligari velit, l. 16. ff. ad Sconsult. Ma-
cedon. add. Nicola. de Passer. de Scriptur. privat. libr. 2. quæst. 30 & 31. (c) Nutu 61
& signis quasi lingvæ vicariis l. 73. in pr. ff. de jur. dot. l. 48. ff. de O & A.
Hinc est quod mutus & surdus (qui audire posse creditur, si quis supra ce- 62
rebrum istius loquatur l. 0. C. qui testament. facere poss. add. Dn. Stryk. de jure
sens. Dissertat. 4. cap. 1. n. 11. & seqq.) Sive ex accidenti sive à natura talis, pos-
sit contrahere Matrimonium, modo signis manifestare queat suam vo- 63
luntatem, Cap. 23. X. de Sponsal. id enim fieri posse exemplis demonstrat,
Dn. Stryk. d. cap. 1. n. 20. & cap. seqq. 2. n. 11. nosque tanto facilius credimus,
si vera sunt, quæ habet Camerarius cent. 1. horar. subcisivar. cap. 37. & elegan-
ter solito more suo docet Dn. Stryk. d. l. n. 21. & seqq. Agonizans etiam, si 64
quidem adhuc dum intelligat, quid agat, licet loqui amplius non possit,
nutu consentire potest, ut liberi hæctenus illegitimi, per subsequens
hocce matrimonium legitimentur, arg. l. 42. Parag. 1. ff. de Donat. Mort.
caus. l. 27. C. de transact. junct. l. 18. Paragr. 1. ff. de manum testament. (2.) Per alium 65
idq; (a) sponte v. g. nuncium aut Legatum l. fin. ff. de Sponsal. quibus ceu
viris honestis, non adnumerandæ sunt Vetulæ copulatrices (Die Ruple- 66
zinnen!) Cothmann. vol. 3. Respons. 34. n. 98. & seqq. Interim necessum est, ut 67
procurator iste vel Proxenetæ certum habeat & speciale mandatum, quia
magnum est, quod ex factis tam arduo imminere possit periculum. cap.
final. de Procurator. in 6to. Unde & alium sibi substituere nequit, nisi fa- 68
cultas substituendi expresse concessa sit, ibid. Exempla vid. Genes 24. & 1.
Samuel. 25. v. 40. Neque tantum sponsalia per legatum verè contrahi pos- 69
sunt, sed etiam nuptiæ nonnunquam imaginariæ celebrantur, ut spon-
sa non pacta tantum, sed quasi tradita videatur. l. 5. ff. de R. N. Ita VVolf- 70
gangus Polyæmus Austriacus, Maximiliani Imperatoris Legatus, cum
Anna, Britannicæ Ducis filia, imaginarium celebravit concubitum, dum
Anna Sponsa in thoro conjugali, multis matronis adstantibus, decum-*

beret, & Legatus Imperatoris, præmissis solennibus, alterum eius, genu-
 71 tenus, inter stragula injiciens, veluti cum puella cubando, matrimoni-
 um consummaret. *Cypr. de Sponsal. cap. 9. s. 15. n. 2. & 3.* (b) Invite v. g. si
 72 Sponsus à fide semel data absque causa legitima resilire, & postquam
 defloraverat Sponsam, semet subducere velit. Quo casu interprete
 Pastore vel Ecclesiæ Ministro in loco consistorii, verbis v. g. *Wo du*
nicht Ja sagen wilt/ so sage ich Ja in deinem Nahmen / und gebe euch zu-
samen im Namen Gottes / etc. Juxta Mosaicum illud *Deut. XXII, 19:* Ha-
 73 bebis hanc uxorem, Sponsus & Sponsa copulantur, & Sponsæ macula
 purgantur, *arg. cap. 4. X. qui Matrimon. accusar. poss. junct. cap. 6. X. qui filii*
sunt Legit, & Sponsus, si dein deserat uxorem, desertionis pœnam non
 74 evitabit. *Carpzov. in Jurisprud. Consistor. libr. 2. Def. 135.* Post fidem enim
 semel datam (ut sæpius dictum est) resilire non licet. *l. 5. C. de O. & A. arg.*
l. 1. Parag. 14. ff. quod legator. Sed Sponsæ, etiam non defloratæ, contra re-
 fractarium sponsum competit actio injuriarum *Mev. part. 5. Decis. 192.*
 75 & Magistratui Jus mulctandi. *Id. part. 8. Decis. 42.*

CAPUT IV.

DE

NUPTIARUM FORMA.

<i>Forma interna inqvo consistit 1.</i>	<i>Ad Consummationem necessario requiri-</i>
<i>Externam qvid constituat 2.</i>	<i>tur 12.</i>
<i>Consummationem præcedit publica procla-</i>	<i>Essentiam tn. illarum non constituit 13.</i>
<i>matio & qvialis 3.</i>	<i>Ante benedictionem sacerdotalem natus est</i>
<i>Singulare in Nuptiis Nobilium Pomerania 4.</i>	<i>legitimus 14.</i>
<i>Monitum ad Sacerdotes ne temere procla-</i>	<i>Nec potest excludi opificio 15.</i>
<i>mentur ignoti & suspecti 5.</i>	<i>Benedictio Sacerdotalis non ubiq; in usu</i>
<i>Proclamatio est instar citationis edictalis 6.</i>	<i>est 16.</i>
<i>Formula proclamationis non omittenda 7.</i>	<i>Honorarium admittitur absq; crimine</i>
<i>Proclamatio qvandoq; unica sufficit 8.</i>	<i>Simonie 17.</i>
<i>Aliqquando planè omitti potest 9.</i>	<i>Matrimonii Morganatici origo 18.</i>
<i>Benedictio sacerdotalis ubi facienda 10.</i>	<i>Et usus 19.</i>
<i>Et qvando 11.</i>	<i>Plura de hoc remissive 20.</i>

§. I.

1 Hæc vel est interna, quæ semet exserit in consensu legitimo & qua-
 lificato in carnem unam s. individuum vitæ consortium, & juris divini,
 humanique communicationem: *l. 1. ff. de R. N.* Vel externa, quam con-
 2 stituunt solennitates, moribus legibusque definitæ. Consummatio-
 nem

nem, enim nuptiarum præcedere debet (1.) Proclamatio publica, Die
3 öffentliche Auffündigung von der Cangel / duabus vel tribus distinctis
vicibus. Pommerſche Kirchen-Ordnung pag. 42. S. lt. Schal oet / etc. Carp-
zov. in Jurisprud. Conſiſt. libr. 2. Def. 137. in Proclamationibus tamen No- 4
bilitium ſufficit in genere dixiſſe; Es wird zu bitten begehret vor eine Ehe-
ſache. Re vid. Policy-Ordnung cap. 10. in pr. ubi ante omnia providus &
officii ſui memor eſſe debet Sacerdos à quo proclamatio petitur, ne te-
mere ignotos atq̄ ſuſpectos admittat. Pommerſche Kirchen-Ordnung 5
pag. 43 S. Wo oet Jennig etc. Policy-Ordnung / d. loco. Carpzov. d. loco n. 7.
Ratio hujus Proclamationis eſt, ut omnis prohibita clandestinitas am-
putetur, rot. tit. X. de clandestin. de ſponſat. Eſt enim hæc inſtar Edictalis cita- 6
tionis, quâ incertus quisque contradictor citatur ut veniat, & impedi-
menta alleget, aut in poſterum taceat cap. 3. X. eod. cap. 27. X. de ſponſal. cap.
ſin. X. qui Matrim. accuſat. poſſ. Unde hanc formulam; Wo jemand dar-
wieder zu ſprechen hat / der rede bey Zeiten und ſchweige hernach etc. non 7
omittendam eſſe monet Berlich. p. 1. Decif. 76. Dn. Stryk. ad Brunnemann. Jus
Eccleſiaſt. libr. 2. cap. 16. S. 6. verb. publicæ proclamationes. Potest tamen ali- 8
quando unica proclamatio ſufficere, d. cap. 3. aut urgente neceſſitate,
Carpzov. d. libr. Def. 141. maxime ſi accedat diſpensatio, Id. ibid. Def. 139. 9
aut notoriè inter deſponſatos nullum adſit impedimentum, Dn. Stryk.
d. loco. verb. una proclamatio &c. plane omitti. (2.) Benedictio Sacerdota-
lis, exrecepto Eccleſiæ ritu antiquiſſimo facienda in facie Eccleſiæ can. 10
1. cauſ. 30. quæſt. 5. junct. cap. 30. verb. in facie Eccleſiæ X. de ſponſal. Carpzov. in
Jurisprud. Conſiſt. libr. 2. Definit. 143. Quamvis pro ratione circumſtan-
tiarum etiam domi fieri poſſit, Pommerſche Kirchen-Ordnung / pag. 42.
S. lt. Schal &c. in ſin. Carpzov. d. libr. Definit. 141. & ſeqq. & quidem inter- 11
diu, non nocte, Pommerſche Kirchen-Ordnung / pag. 43. in pr. niſi urgens
cauſa contrarium ſvadeat. vid. Simon. de Impotent. Conjugal. Eaue ad 12
conſummationem Matrimonii neceſſario requiritur. Novell. L. 89. nec o-
mitti poteſt, Carpzov. in Jurisprud. Conſiſtor. libr. 2. Def. 142. quamvis in-
trinſecam ejus eſſentiam, quæ in conſenſu conſiſtit, non conſtituat. 13
Dn. Stryk. d. loc. Paragr. 6. in pr. Unde etiam ſi ex ſponſo gravida ſponſa an-
te benedictionem Sacerdotalem perit, natus nihilominus erit legitimus 14
Mev. part. 2. Decif. 81. adeo ut nec ipſe, nec pater illius propterea excludi 15
poſſint ab opificio. Id. part. 3. Decif. 39. Quo pertinet, quod Amſtelodami 16
& in Belgio hæc benedictio Sacerdotalis, jure divino nuſpiam expreſſè
mandata, non obſeruetur, ſed validæ ſint nuptiæ, coram Secretario &
2. teſtibus contractæ, add. omnino Gerhard. de Conjug. tb. 408. & ſeqq. Solu-
to ali-

to aliquo honorario, quod sponte oblatum, à quovis Ecclesiæ ministro, licite & salvâ Conscientiâ, & absque crimine Simonia (quamvis arg: cap. 8. X. de Simonia, quidam repugnent vid. Brunnemann de Jur. Ecclesiast. libr. 2. cap. 18. Paragr. 7. n. 2.) accipi potest. l. 15. ff. de præscript. verb. Dicendum etiam hic foret de Matrimonio Morganatico, von Vertrauung zur linken Hand / moribus Longobardorum introducto, 2. Feudor. 29. & inter personas illustres (exemplum de Nobili refert Dn. Stryk. d. l. cap. 16. Parag. 6. in fin.) non ad eò infrequenti, nisi temporis & materiae, quæ satis prolixè restat, ratio habenda esset. Interim de his videri potest Myller. ab Erenbach. in Gamal. Illustr. personar. cap. 6. per tot. Salmuth. in pecul. Respons. Jur. pro Matrimon. Principis cum virgine nobili Knipschild. de fidei commiss. famil. cap. 8. n. 440. Knich. libr. 1. politicor. cap. 1. tit. 11. n. 3. Dn. D. Link. in Dissertat. de Matrimon. lege Salica contract: per tot. & alij.

CAPUT V.

DE

FINE ET EFFECT. NUPTIARUM.

F ines Nuptiarum primarii 1.	Nuptia an solvant Patriam potest. disting.
Secundarii 2.	23.
Sobolis procreationem appetunt animalia quævis 3.	Per Nuptias constituitur potestas maritalis 24.
Omnium Jure Consentiante 4.	(sive 5. Uxor sequitur forum mariti 25.
Conjugiorum fecundorum exempla remissa Jure civili rara & portentosa 6.	Nihil bis positum esse in corpore juris jactantia est 26.
Sterilitatem procurans ut homicida tenetur 7.	Uxor participat de dignitate Mariti 27.
Liberorum educatio non est finis sed consequens nuptiarum 8.	Etiã durante tempore viduit: ibid.
Officium Matris circa partum in utero 9.	Et nubendo consequitur spem successionis 28.
Circa partum jam editum 10.	Sponsus an & quando & in quibus bonis succedit 29.
Mater tenetur partum lactare proprio lacte Etiam si nobilis sit 12	Effectus osculi 30.
An possit sanguini nolentem vendere 13.	(Et 11. Effectus Nuptiarum quoad liberos 31.
Officium Patris circa liberos 14.	Jephtham immolasse filiam suam credibile non est 32.
Quousque durat 15.	Singulare Exemplum rigoris paterni 33.
Gratitudo liberorum in quo consistit 16.	Per subsequens matrimonium legitimi succedunt in feudis 34.
Quando licitum sit Patrem occidere 17.	Injuriarum agere possunt si nominantur spurii 35.
Mutuuum adjutorium in quo consistit. 18.	Consequuntur literas natalitias 36.
Exempla admodum jucunda remissive 19.	Nec possunt excludi officio 37.
Officium Mariti Erga Uxorem 20.	Licet ex stupro nati 38.
Officium Uxoris erga maritum 21.	Mantel Rinder unde dicantur. 39.
Effectus legitimarum Nuptiarum varii sunt 22.	

Finis

S. I.

Finis nuptiarum s. potius fines (trahitum quippe est, unius rei
 plures posse fines esse) est vel primarius vel secundarius. Ille vel est pro-
 prius ipsius Matrimonii, ut liberorum procreatio, vel boni domestici
 s. æconomici, ut mutuum adiutorium. Hi verò sunt extinctio libi-
 dinis, 1. *ad Corinth. VII, 2*: reconciliatio inimicorum, spes promotionis,
 pulchritudo, divitiarum quæstus, & alii plures, quibus plerisque cæco in-
 hiare impetu, nec decipi rarò, risus & pudoris materia esse solet. Inte-
 rim quod attinet (1.) finem primarium, sobolis procreationem, hunc
 appetunt in Republicâ (ut sic dicam cum *Dn. Bejero ad Schnobel. Disputat: 1:*
th. 6.) universalissimâ, in qua vivit homo vitam, cum animalibus cæteris
 communem, quicquid spiritum trahit, adeo ut in ipsis quandoq; plan-
 tis, v. g. Palmis, insitæ inclinationis simulachrum videre liceat. *Masen. 4*
in spec. imag. verit. cap: 42. s. 113. n. 86. Hunc DEUS ipse T. O. M. benedi-
 cendo, *Genes: 1, 28. VIII, 17. & IX, 1:* & passim approbando, *Psalms. 127: 4.*
Ezechiel. XVI, 20. Malach. II, 15. & c. justificavit, & jura, tam in genere Gen-
 tium, l. 220. s. 3: in fin. ff. de V. S. quam Civilia, l. 1. ff. de R. N: intendunt,
 quæ sine hoc neq; familia, neq; Civitas, neq; Respublica, neq; Ecclesia diu
 subsistere queunt, *Arniseus libr. 1: Polit. cap. 3.* Hinc passim in historiis lau-
 dantur conjugia fœcunda, vid. *Knich. libr. 1. Polit. cap. 1. th. 19. explicat. 2. 5*
ibiq; in fin. allegat. Fabrot. de numero puerp. add. l. 3: ff. si pars hered: petat. l. 36:
ff. de solut. quamvis jure civili (quod de rarò contingentibus non adeò sol-
licitum est l. 3. & seqq. ff. de LL.) quod ultra tres nascitur, ferè portento-
sum dicatur. l. 8: in fin. ff. de reb. dub. confer: notat. supr. cap. 2. circ. pr. verb:
Conjunct. Corporum & cap: 5: X: de homicid. junct. tx. Genes: XXXIIX, 9. Ex qui-
 bus patet, eum qui impedit, ne uxor possit concipere, & generare, quasi
 homicidam teneri. d. cap. 5. X: de homicid. can. 7. caus. 32. quæst. 2. Quidam
 huc referunt liberorum educationem, verum hæc non tam est finis con-
 jugii, quam consequens & pars officii conjugalis. Ut enim potissimum
 munus fœminarum est, concipere & conceptum tueri, l. 14. §. 1. ff. de Æ-
 dilit. Edict. ut non tantum partus ipse, qui hæctenus dicitur pars & portio
 viscerum Maternorum, l. 1. §. 1. ff. de ventr. inspiciend. sed ne spes animan-
 tis intereat, l. 13. §. 3. ff. ad L. Jul. de adulter. ita etiam circa partum jam edi-
 tum, potiss. matris cura est, proprio, si potest, lacte nutrire, vid. *Tacit. de 10*
Morib. Germanor. cap. 20. Knich. d. l. thes. 21. explicat. 3. pag. 99. Vernulej. libr:
1: Inst. Oeconomicar. tit. 4. cap. 5. & seqq. Guevarr. in Horolog. Princip. libr. 2. cap:
23. pag. 4. & seqq. add. Bekmann. libr. 1. Polit. cap. 8. thes. 4. ubi pro & con-
tra disputat, etiam si Nobilis sit. Vid. Dn. Rhetius in Dissertat. de misericord. 12
intempest:

intempest. cap. 3. n. 33. & seqq. facit huc l. anic. s. 5. vers. sileat C. de rei uxor.
 13 act, & l. fin. s. 5. C. de bon. qualiber. Potest tamen & ipsa in casu extremæ
 necessitatis sanguinolentum partum vendere. l. 1. & 2. C. de Patrib. qui li-
 14 ber. distraxer. Id. ibid. n. 49. & seqq. Patris vero, suppeditare alimenta se-
 cunda, l. 2. C. de infant. exposit. l. unic. §. 5. C. de rei uxor. act. can. 14. Dist.
 15 30. l. 5. §. 10. ff. de agnoscend. & alend. liber. donec se ipsum alere possit, l. 5.
 §. 7. eod. ibiq. Gothofred. n. 79. it. dotare, l. fin. circa med. C. de dotis promiss.
 16 reciproco gratitudinis nexu, quo non ad pietatem tantum & reverenti-
 am, l. 9. ff. de Obseq. Patron. & Parent. prest. l. 8. C. de inoffic. Test. junct. No-
 vell. 15. cap. 5. in pr. verum & ad alimenta, si Parentes egeant, l. 5. §. 13. ff.
 de agnoscend. & alend. liber. l. 16. ff. de aliment. prestand. etiam si impii & LL.
 contemptores sint, Novell. 12. cap. 2. liberi obligantur, excepto casu, si
 17 perduellis sit Pater, quo etiam occidere licet. l. 35. ff. de religios. & sumpt.
 funer. Dn. Rhet. d. l. n. 145. & seqq. Alter conjugii finis primarius & prin-
 18 cipalis statum familiæ, s. bonum œconomicum respiciens, est mutuum
 adjutorium, quod præstatur secundum legem & ordinem officiorum,
 tum communium, ut fides, amor, debitum conjugale, 1. ad Corinth.
 VII. 3. & seqq. l. 41. in pr. ff. legat. 3. communicatio fortunæ prosperæ & ad-
 versæ, l. 22. §. 7. ff. solut. Matrimon. cujusmodi exempla admodum jucun-
 19 da exhibent, Vernulej. d. tractat. libr. 1. tit. 3. cap. 18. Scheffer. in memorab. Re-
 gni Svec. cap. 25. Tac. 5. annal. 63. Justin. libr. 23. cap. 2. Matth. in Theatr. histor.
 pag. 55. Francisci Schaubuhne/part. 2. pag. 1032. Knich. d. libr. thes. 19. per tot.
 Francisci Schar und Sitten-Spiegel/part. 2. pag. 5. & alijs tum priorum
 20 (a) Mariti v. g. prospicere uxori de habitatione, victu, & amictu, pro di-
 gnitatis conditione, 1. ad Timoth. V. 8. junct. l. 6. ff. de aliment. legat. & l. 4.
 ff. de agnoscend. & alend. liber. defendere ab injurijs, Parag. 2. Inst. de injur.
 l. 4. C. de Patria potest. junct. Novell. 22. cap. 24. quod ad sponsum quoque
 extenditur, in l. 15. Paragr. 24. ff. eod. curare ægrotam, l. 13. C. de negot. gest.
 & denique mortuam non relinquere insepultam, l. 28. ff. de religios. &
 21 sumpt. funer. add. Knich. d. l. thes. 20. per tot. (b) Uxoris v. g. exhibere decen-
 tem reverentiam Marito, ad Ephes. V. 22. & seqq. 1. Petr. 3. 2. tanquam Prin-
 cipi familiæ l. 196. in pr. ff. de V. S. & Regi domestico, Arist. 1. Polit. cap. 8. &
 seqq. nec non operas domesticas l. officiales. Tiragvell. libr. 2. connubior. cap.
 26. Hoc enim est quod in compendio dicit Deus T. O. M. Genes. 2, 24. &
 Consult. Modestinum in l. 1. ff. de R. N.

§. 2.

22 Effectus legitimarum nuptiarum varii sunt, (1.) enim ex moribus
 hodiernis, filius ducendo uxorem & separatam instituendo familiam,

filia vero nubendo, solvuntur Patriæ potestatis nexu. *Carpzov. part. 2.*
Co nst 10. Def. 1 Ea que vocatur tacita emancipatio s. Leonina, ex *Novell*
Leon 25 quamvis jure civili veteri, solæ nuptiæ nec filium, *Parag. fin. Just.*
de Patr. potest. l. 21. ff. ad L. Jul. de adulter. nec filiam *Parag. 2. Just. ad Sconsult:*
Tertull. l. 2. Parag 1. l. 29. ff. solut. Matrimon. l. 20. ff. ad L. Jul. de adulter. omninò
eximant Patriæ potestatis nexu *add. Mevius ad Jus Lubecens. lib. 1. tit. 3. in pr.*
n. 24. & seqq. (2) Maritus consequitur per nuptias potestatem maritalem *24*
in personam & bona conjugis. *d. Parag. fin. Inst. de Patr. potest. junct: arg. l. 11:*
Parag. 2. ff. de bonor. possess. secund. tab. Mulier enim nubendo transit in pote-
statem Mariti, indeque finis familiæ Paternæ dicitur. *in l. 195. in fin. junct:*
l. seq. ff. de V. S. (3:) Uxor nubendo amittit Jus originis, *l. fin. 25*
Parag. 3. ff. ad Municipali. & sequitur forum Mariti, *ibid. junct. l. 13*
C. de dignitat. & l. fin. C. d. incol. Obiter ex his duab: II: allegat: nota *26*
jactant: Justiniani *in Constitut. Tanta in pr. confirm. ff. ad Senat: & omnes*
Populos & Const. Cordi §. 3. de emendat. C. nihil sc. vel simile, vel bis positum
in Juris corpore inviniri, de quo tamen ipsemet dubitavit Const. dedit §.
13. de confirm. ad magn. Senat. & in humana imbecillitate refugium quæsi-
vit l. 2. §. 14. C. de Veter. Jur. enucleand.) etiam durante tempore viduitatis
Mev. part. 4. Decis. 117: coruscat radiis maritalibus *Novell: 105. cap. 2.* indeq; *27*
fit Nobilis, nobili viro nupta *l. 8. ff. de Senator: Carpzov. in Jurisprud. Consti-*
stor. part. 2. Def. 11. Ad. in tract. de Jur. feminar. Decad. 1. pos. 4. & Mater famili-
as, etiamsi Meretrix aut infame prostibulum fuerit, *arg. l. 3. in pr. ff. de*
concupin. Berlich. part. 5. Conclus. 59. n. 13. & spem successionis invicem con-
tequuntur. tot. tit. ff. & C. unde Vir & Uxor. Sponsus enim Sponsæ ante legiti- *28*
timam Thalami consensionem, i. e. antequam re & corpore convene- *29*
rint, ut ait Imperat. *in l. pen: C. de Secund. Nupt: non succedit, Carpzov: part.*
3. Const. 19. Def. 1. & 2: nequidem in lucro statuario, nisi benedictio sacer-
dotalis accesserit, *Cothman. volum. 2. Respons. 78. per tot.* exceptis iis, quæ
pro more civitatis pridie nuptiarum in domum Sponsi illata sunt. *Mev:*
ad Jus Lubecens. lib. 2. tit. 2. art. 12. n. 278. Imò nec arrham sponsalitiæ lucra-
tur nisi causam, cur nuptiæ secutæ non sint, sponsa defuncta præbuerit,
l. 3. C. de Sponsal. quin & suæ donationis dimidiam partem amittit, si pro-
babitur sponsæ osculum dedisse l. 16. C. de donat. propt. nupt. add. tam. Carp-
zov d. Const. 19. Def. 13. ubi ex praxi hodierna aliud defendit. Quod libe- *31*
ros attinet, hi sequuntur Conditionem Patris, nisi exempti sint privile-
gio, *l. 1. §. 2. ff. ad municipal,* subsunt illius imperio & potestati, olim rigi-
diori, *l. 11. in fin. ff. de liber: & posth. hered. instit.* (qualem tamen in filiam *23*
Jephtam exercuisse credibile non est, *Jud. 1, 31. & 39. Dn. Bekmann. lib. 1. Po-*
lit. cap.

lit. cap. 8. Parag. 5. Dn. Rhet. de miser. intempest. cap. 3. n. 87. & seqq. Dissentis Pontifex can. 8. caus. 22. qst. 4. Kipp. libr. 3. Antiquitat. Rom. cap. 4. pag. 558.) nunc limitate & intra cancellos pietatis restrictæ l. 5. ff. ad L. Pompej. de Paricid. & l. 4. C. de Patria potest. (conferatur Dn. Mev. ad Jus Lubecens. libr. 1. tit. 3. in pr. n. 33 10. ubi singulare exemplum de Consule Stargardensi Joachimo Appel- man, videre licet) & siquidem jam antea nati sunt, per subsequens Ma- 34 trimonium legitimantur cap. 6. qui fil. sunt. legit. etiam ad Feud. successio- onem, 2. feudor. 26. Parag. naturales, Finkelthaus Disput. feud. Disp. 6. th. 13. a- 35 deo ut injuriarum agere possint, si nominati sint spurii, Mager. de Advo- 36 cat. armat. cap. 17. n. 2. & seqq. & consequantur literas natalitias (Geburts- Br. effe!) Daß sie aus einem reinen und unbesteckten Ehe- Bette gezeuget und gebohren seyn. Carpzov. in Prax. Crimin. part. 2. qst. 69. n. 54. Mev. part. 3. Decis. 87. etiam si ante benedictionem Sacerdotalem Pater aut Mater mor- 37 ui sint, id. part. 2. Decis. 81. nec possint excludi opificio, Carpzov. in Jurisprud. Consistor. libr. 22. Def. 236. Fritsch de Colleg. Opific. cap. 5. n. 2. & seqq. licet non- 38 ex concubinato, sed ex stupro nati sint. Mev. part. 2. Decis. 82. Nec enim stringit ratio asserentium spurios legitimari non posse, quia Patrem habent incertum, § 1. Inst. de ingen. quoniam per nuptialem consensum ipsemet se ostendit, id. ibid. n. 9. & certo demonstrari potest, l. 5. ff. de in jus- vocand. quasi convictus & Sponte confessus l. 1. ff. de confess. Germanicè so- 39 lent vocari Mantel- Kinder / eo quod tempore benedictionis Sacerdo- talis subsequenti alicubi locorum adstantes tangunt pallium Patris. Schult. ad s. fin. Instit. de Nupt. ibiq. Beier. add. Malcomes. ad Ludwell. pag. 51.

CAPUT VI.

DE

CONCUBINATU ET CONTRARIIS JUSTARUM NUPTIARUM.

<p>Concubinatus est affinis & quasi imita- mentum nuptiarum 1. Definitur 2. Differt à Matrimonio 3. Convenit cum eodem 4. Concubinatus naturaliter licitus 5. Et jure civili toleratus 6. Liberi Naturales quare Bastardi vocan- tur 7. Bastardi status & conditio 8.</p>	<p>Concubinatus jure canonico non indefinite prohibitus 9. Ratio investigatur 10. Opinio non nullorum 11. Refellitur illa 12. Concubinatus prohibitus 13. Et hodie punitur arbitrariè 14. Contraria justarum Nuptiarum dividun- tur 15. Stuprum propriè dictum quid sit? 16. Stupri</p>
--	---

Stupri simplicis pœna jure divino & Can. 17
Jure civili & Prax: 18.

Quid si Nobilis sit stuprator? 19.
Quid si in stuprum consensit puella sub spe
promissi matrimonii 20.

Quale sit arbitrium Judicis circa doctem
prestandam 21.

Stuprator tenetur ad alimenta infanti &
quomodo 22.

Pœna illius arbitraria 23.

Pœna Vasalli cucurbitantis uxorem aut Vi-
duam Domini 24.

Poculum abortionis quam pœnam meretur?
25.

Stuprator an sit infamis? 26.

Virgo quæ amore seducta copiam sui fecit,
an sit meretrix? 27.

Stuprata an & quam sustineat pœnam? 28.

Pœna Ecclesiastica, an imponenda supra-
tori? 29.

Quando hæc pœna mitigatur? 30.

Spurius non est infamis 31.

Non tamen omni caret maculâ 31.

Cujus effectus 33.

Non extendendi ad exposititios 34.

Stupri violenti pœna 35.

Ampliatur 36.

Limitatur 37.

Violenter stuprata non sustinet pœnam 38.

Talis censetur stuprata à Principe 39.

Non sit infamis licet coronam virgineam
gestare prohibeatur 40.

Sacrilegium luxuriosum quid sit? remis-
sio 41.

Fornicatio unde dicta? 42.

Cum quibus committitur 43.

Quæ proprie dicenda meretrix 44.

Questus meretricius, an & quomodo civiliter
permissus 45.

Lupanariorum usus 46.

An defendi possit? 47.

Publicæ Meretrices nec in vicinia nec in ci-
vitate toleranda 48.

Pœna Sectantium meretrices 49.

Gravius peccat qui cum vetula, quam qui
cum meretrice juvene concubuit 50.

Meretrices non habent pœnam Jure Civil:
definitam 51.

Macula tamen infamia laborant 52.

Etiâ post pœnitentiam peractam 53.

Meretricando an amittatur nobilitas? 54.

Poculum sterilitatis quam pœnam merea-
tur? 55.

Adulterium definitur 56.

Ejus pœna ex jure divino 57.

Mitigata, an rectè? 58.

In praxi distinguitur & quomodo? 59.

Pœna adulterii simplicis ex jure civili 60.

Adulter in adulterio deprehensus quam diu
detineri potest? 61.

An, & qualis impune interfici potest 62.

Jus novum in l. 30. §. 1. C. ad L. Jul. de adulter.
63.

Novissimum in Novell. 134. cap. 10. 64.

Pœna ex Novell. Leon: 32. 65.

Jus Novellarum approbatum à Constitutio-
ne Carolina 66.

Jus Lubecense notatur 67.

Proportio inter furtum & adulterium 68.

Judicium B. Dn. Mevii 69.

Incestus quomodo committatur 70.

Illius pœna 71. & 73.

Non mitigatur intercessione Conjugis 72.

Mam - Zeres sunt abominabiles 74.

Alendi tamen à Parentibus 75.

Viduitas plus æquo restricta 76.

Secundæ Nuptiæ an prohibita? 77.

Non exemplis sed ratione & LL. judican-
dum 78.

Vivi comburium Viduarum Judicarum 79.

Exempla iterati Conjugii 80.

Vidua an possit capere legatum sub condi-
tione viduitatis relictum? 81.

Mater aut Abia liberorum legitima tutrix
an teneatur abjurare secundas nuptias?
82.

Secundæ Nuptiæ ab omni legum censura
non sunt immunes 83.

Cujus

Cujus ratio traditur 84.

Cælibatus Pontificiorum larvatus 85.

Quam noxius Orbi Christiano? 86.

An in se bonus vel malus 87.

Non simpliciter conjugio præferendus 88.

Cælibatus apud Romanos prohibitus 89.

Et cælibes postpositi 90.

Scarabeus annulo insculptus quæ sit nota 91.

Cælibes vocati Hagestolken / 92.

Archiepiscopus Cantabriensis cur cælebs esse
requiratur? remissive 93.

Conclusio 94.

§. I.

- 1 Affinis justarum Nuptiarum & quasi imitamentum quoddam est
- 2 Concubinatus, qui describitur, quod sit conjunctio viri & Mulieris, Di-
- 3 utinæ cohabitationis & concubitus gratia, citra affectionem maritalem
- inita. *Struv. Exerc. 30. th. 86.* Differt à Matrimonio, quod non contrahatur
- sub lege & voto individuae conjunctionis, *l. 144. ff. de V. S. & (2) concu-*
- bina non sit Materfamilias, *l. 41. §. 1. ff. de R. N.* sed vel libertina, vel inge-
- nua quidem, sed humilis, *l. 3. in pr. ff. de Concubin.* (3) Quod concubina ob
- furtum commissum, non actione rerum amotarum, ut Uxor, *l. 1. ff. de act.*
- 4 *rer. amotar.* sed furti teneatur, *l. 17. in pr. eod.* In eo tamen proximè ad ma-
- trimonium accedit, quod (1) non nisi unica in consortium admittenda,
- gloss. in l. unic. C. de concubin. Novell. 18. c. 5.* eaque (2) à Matrefamilias vix aliter
- quam dignitate differat, *l. 49. §. 4. ff. de legat. 3.* (3) Et utraque conjunctio no-
- men habeat à lege, *l. 3. §. 1.* imò Patroni sui concubina reapse Uxor & Ma-
- 5 trona vocetur *l. 13. in pr. ff. ad L. Jul. de Adulter.* Talis concubinatus natura-
- liter licitus *Novell. 74. c. 1.* & licita consuetudo vocatus *in l. 5. in fin. Cad. Scon-*
- 6 *sult. Orfic.* jure civili est extra legis pœnam *l. 3. §. 1. ff. de Concubin.* non quod
- simpliciter approbatus ut honestus in se, sed tolerando potius reproba-
- tus sit, ut minus malum. Quod inde patescit, quod liberi ex concubinato
- geniti non sint legitimi, sed naturales tantum; *tot. tit. C. de natural. liber.*
- 7 hodie Bastardi, quasi von böser Arth/ quod nominis quondam Burgun-
- dici nobiliores inter titulos referebant, *Vid. Dn. Bekmann. in Dissertat. 8.*
- 8 *cap. 4 §. 9. de dignit. illustr. personar.* uti reapse à Principibus geniti ex consue-
- 9 tudine modernâ nobilibus accenentur. *Id. ibid.* Jure canonico an sit
- prohibitus concubinatus, non una omnium est sententia, cum in De-
- 10 creto reperiantur *xxx.* contrarii, *Vid. can. 4. & 5. Dist. 34. & can. 4. & 11. caus.*
- 32. qst. 4* & in Decretalibus, non expresse nec indefinitè omnibus, sed in
- specie Clericis tantum interdictus legatur. *tot. tit. X. de cohabit. Clericor.*
- 11 *& Mulier.* Quod studio factum esse, quidam opinantur, ut Scortationes
- Papales quodam libertatis colore tegerentur, aucta vel inde suspitione
- quod Gratianus Monachus Bononiensis, (qui Compiler Decreti fuit)

can. 6.

can. 6. Dist. 34. omisit, & à Cardinale anonymo, qui se autorem subdole
mentiebatur, insertum, Paleæ titulo inscripsit *Vid. Capoll. de cognit. libr. 9.*
Can. in pr. n. 2. & 3. & cum is, qui duas uxores successive habuit, non possit
ordinari in Clericum, *can. 14. Dist. 34.* ille tamen qui post uxoris mortem
liberos suscepit ex ancilla, ad Diaconatum promoveri queat, *Can. 7. eod.*
ut non immeritò *gloss. ad can. 4. ibid.* miretur, plus juris indultum esse stu-
pro, quam castitati. Sunt nonnulli qui canonum jure concubinatum 12
affirmant licitum, si suis constet requisitis, *Vid. can. 6. caus. 32. qst. 7. Gerhard.*
de Conjug. §. 588. sed si ex æquo rem pensaveris, hic non tam concubina-
tus dicendus erit, quam matrimonium quoddam minus solenne. *Quic-* 13
quid sit, jure divino N. T. 1. ad Corinth. 7, 2. & 9. concubinatus abroga-
tus, & sicuti jam pridem in oriente damnatus fuit *Novell. L. 91.* ita postea
Const. Imper. Germanor. Vid. Ordinat. Polit. de anno 1530. tit. 33. & de anno 14
1548. tit. 25. explosus est, & hodie punitur arbitrariè *Carpzov. in Jurispr. Con-*
sistor. libr. 2. Def. 23. & in Definit. Forens. part. 4. Const. 28. Def. 5.

§. 2.

15

Contraria Justarum Nuptiarum offendunt se vel in committendo
vel omittendo. In committendo, ut omnes illiciti concubitus, inter- 16
que hos (1) Stuprum, quod committitur cum virgine aut viduâ honestâ 17
l. 6. Parag. 1. ff. ad L. Jul. de adulter. Idque tam (a) simplex, cujus poena est
Jure divino, quod stuprator & ducere & dotare stupratam compellatur
Exod. 22, 28. Deuter. 22, 28. & 29. Cui adstipulatur Jus Canon. *cap. 1. X. de adul-* 18
ter. & stupro, non autem Jus Civile, *Paragr. 4. Instit. de publicis Judic. neq; Pra-*
xis hodierna, quæ alternative disponunt, sc. ut stuprator vel ducat vel do-
tet, *ix Jur. Lubecens. libr. 4. tit. 5. art. 1. & 2. Carpzov. in Jurisprud. Consistor.* 19
lib. 2. Def. 229. etiamsi stuprator nobilis sit, *Id. in Prax. Criminal. part. 3. qst. 68.* 20
n. 83. & seqq. add. Richter. Decis. 88. n. u. & seqq. nisi promissum sit Matri-
monium, tunc enim ducere tenetur. *Id. ibid. n. 3. Mev. ad Jus Lubecens. libr.* 21
4. tit. 5. art. 1. n. 5. Dotis autem quantitatem judex arbitrabitur *Vid. Id. ibid.*
n. 21. & seqq. modo non adsint causæ, quæ stupratorem vel à ducendo vel
à dotando absolvunt. *Vid. Carpzov. part. 4. Const. 27. Def. 1. Richter. d. l. n. 18.* 22
& seqq. Mev. d. l. n. 25. Insuper obligatus est stuprator, ad alimenta infanti
præstanda, à die nativitatis, si Mater sit egena, *Carpzov. d. l. Def. 5. & 11.*
Mev. d. l. n. 27. alioquin à tempore ablactationis, *l. 9. C. de Patr. potest. ibiq;*
Gotofred. n. 45. Finkeltaus observat. 102. n. 16. Mev. ad Jus Lubecens. part. 2. tit.
2. Art. 9. n. 55. Richter. d. l. n. 32. & seqq. donec se ipsum alere potest: *Id. ibid.*
n. 37. Mev. d. l. Quod quidem communiter usque ad excessum anni ætatis

13 exten-



13. extenditur, *Carpzov. in Prax. Criminal. d. l. n. iii.* sed rectius relinquitur
 23 iudicis arbitrio, *Mev. ad Jus Lubecens. libr. 4. tit. 5. Art. 1. n. 27.* & denique
 coercebitur carcere vel alia poenâ arbitrariâ. *Carpzov. part. 4. Const. 27.*
 24 *Def. 6. & 7.* Et si Vassallus sit, qui cucurbitavit Dominum, i. e. qui cum u-
 xore illius concubuit, vel filiam aut neptem ex filio, aut sororem Do-
 domi sui, donec in ipsius Domo est, stupraverit, feudum amittit. *1. Feudor.*
 25 *5. in pr. 2. Feudor. 57.* Imo si poculum dedit abortionis (frequens hæc Dia-
 boli & malæ conscientie suggestio) duriolem & quandoq; capitalem
 sustinebit poenam. *Const. Carolin. Art. 133. ibiq; B. Dn. Clas. Carpzov. in Prax.*
 26 *Criminal. part. 1. qst. 11. per tot. Dn. D. Ursinus Dissertat. Von Schadensfrohl*
cap. 2. membr. 2. s. 6. & alii add. can. 7. caus. 32. quæst. 2. An autem stuprator
 infamis fiat, indeq; moveri possit ex collegio quæri solet? Et Responde-
 tur quod non, *Mev. d. l. in. addit. ad. d. art. 1.* quamvis omnino probum
 27 quoddam sit, tale quid commisisse: *l. 42. ff. de. V. S.* Unde nec virginem,
 quæ amore seducta, copiam sui fecit infamem fieri, & pro meretrice ha-
 bendam esse, asserit *Carpzov. part. 2. Const. 6. Def. 14. n. 6. & seqq. Menoch. d. ar-*
bitr. judic. quæst. casu 328. quia tamen in re multum tribuendum circum-
 stantiis, fateri necessum est propter *l. 25. ff. ad L. Jul. de adulter.* & ea quæ ha-
 bet *Carpzov. Def. 17. per tot. add. Marquard. Freherus d. existimat. libr. 3. cap. 16.*
 28 *n. 21.* Quod attinet stupratam, huic per lictores publicos mitram imponi
 frequens consuetudo est, *Mev. ad Jus Lubecens. libr. 4. tit. 5. Art. 3. n. 3. & 4.* &
 29 deinde sustinebit poenam ecclesiasticam, *Die öffentliche Kirchen-Buß!*
Id. ibid. n. 5. (& ipsi stupratori jure meritoq; sustinendam, cum non sit tur-
 pius pati quam facere, *Pommersche Kirchen-Ordnung! part. 3. tit. von E-*
 30 *hesachen/Parag. Im Fall! etc. Carpzov. in Prax. Criminal. part. 2. qu. 69. n. 55.*)
 quo tamen casu poena carceris, alioquin & ipsi stupratæ infligenda, *Id.*
part. 4. Const. 27. Def. 9. vel mitigari vel prorsus remitti solet. *Id. d. n. 55.* Li-
 31 beros quod concernit è stupro susceptos, quamvis nec jus civile infam-
 es vocet, cum nihil commiserint, *l. 6. in pr. ff. de Decur. & iniquum foret,*
 Paterni criminis successores eos constitui, *l. 26. ff. de poen.,* nec jus cano-
 nicum damnet *can. 3. & seqq. Dist. 56.* (unde & Decuriones fieri possunt,
d. l. 6. in pr. modo non habeant honestiores competitores, l. 3. Parag. 2.
eod. & matri succedunt, l. 29. Parag. 1. ff. in Offic. Testament. l. 2. ff. und. co-
 32 *gnat. etiam nobili Mev. part. 2. Decis. 83. modo non sit illustris. l. 5. C. ad*
Sconsult. Orfic.) non tamen omni omnino macula carent. *d. l. 3. parag. 2.*
& d. l. 5. Unde nec hodie recipiuntur in collegiis honestis, *Hahn. ad Vvesen-*
 33 *bec. tit. de his qui notant. infam. n. 2. add. Respons. Facultat. Francofurt. de Anno*
1609. non possunt Promoveri in DD. Fr. Vivius libr. 1. Decis. 162. n. 9. Palæot. in
tract

tract. de Spuriis cap. 56. 10. & n. fin. Heigius qst. 21. n. 21 & 59. aut Assessores
Camera Imper. Mynsinger. Cent. 4. Observat. 31. &c. quod tamen ad infantos 34
expositivos extendi non debet l. 3. C. de infam. exposit. Beierus in Dissertat. Ty-
ro Prudentia Jur. opificiarie cap. 3. Parag. 4. Dissentit Dn. Rhetius Dissertat.
de miser. in tempest. cap. 3 n. 68. seqq. Fritschius de Colleg. opific. cap. 5. n. 6. quam
(b) violentum German. Nohtzucht/ Cujus poena (a) quoad stupratorem 35
capitatis est, tam jure divino, Deutron. 22, 25. & seqq. quam civili l. 1. s. fin.
ff. extraordinar. criminibus l. unic. C. de Rapt. virg. & Constitut. Carolin. Artic.
119. ibiq. B. Dn. Clasen & alij etiam si stuprator sit minorennis, tot. tit. C. si 36
advers. delict. aut stuprata pro ipso intercedat, Carpzov. in Prax. Criminal.
part. 2. qst. 75. n. 24. & seqq. nisi crimen solummodo attentatum id ibid. n. 56. 37
aut stuprata eidem nubere velit. Id. ibid. n. 65. & seqq. Tunc enim in favo-
rem Matrimonii, continuo cor firmandi, poena ordinaria mitigari so-
let. Dn. Clasen d. libr. pag. 483. (b) Quoad stupratam poena est nulla, d. 1x 38
Deutr. 22, 25. & seqq. quia poena debet commensurari delicto, l. 10. in pr. ff.
de Pen., quod ex voluntate & intentione cujusvis aestimandum est, l. 53.
in pr. ff. de furt. l. 22. C. de pen. Hinc est, quod non magis dicenda sit mere-
trix, ac illa, quae stuprata est a Principe, Palcott. in Tract. de Spur. cap. 45. n. 15. 39
imò prorsus illibata maneat fama, l. 13. Parag. 7. ff. l. 20. C. ad L. Jul. de a-
dulter. can. 13. caus. 15. qst. 1. can. 2, 3, 6. & passim caus. 32. qst. 5. licet solum vir- 40
gineum, ut signum uirginitatis corporalis, amplius gestare nequeat,
Carpzov. in Jurisprud. Consistor. libr. 2. Def. 372. alioquin refractaria Carcere
aut relegatione puniri poterit, Carpzov. in Prax. crim. part. 2. qst. 70. n. pen.
& ult. Pertinet huc etiam (2.) Sacrilegium luxuriosum, de quo vid. Struy. 41
Exercitat. 49. thes. 37. ibiq. allegat. quibus addat. Dn. Radov. in Dissertat. de
delict. carn. cap. 10. per tot. (3.) Fornicatio, quae a fornicibus s. locis ob- 42
scuris, in quibus meretrices olim corpora sua vulgabant, Vid. Ursin. in
Dissertat. de qst. Meretric. cap. 1. n. 19. usq. ad 24. ita dicta, committitur cum 43
illis, quae corpore quæstum faciunt, passim & sine delectu, l. 43. in pr. &
Parag. 1. ff. de R. N. Hæ enim proprie vocantur Meretrices & Scorta, etiam- 44
si obtentu paupertatis se prostituunt, l. 43. Parag. 5. ff. de R. N. quarum, ut
olim, l. 27. s. 1. ff. de hered. petit (adeò & civiliter loquendo turpe non fue-
rit meretricem pro usu corporis sui mercedem accipere, l. 4. s. 4. ff. de 45
condict. ob turp. causam, quamvis petere promissum non possit, l. 7. s. 16. ff.
de pact. l. 26. ff. de V. O. Dn. Stryk in append. ad Reg. 7. 4. Parag. 2. pag. 10. & seqq.
Dissent. Berlich. part. 5. Constat. 39. n. 17. ibiq. allegati) ita hodiè in magnis Ci- 64
G
vitati-

Dissertat. vom Schadenfroß/ cap. 2. §. 5. (4) Adulterium, quod est maliti- 56
osa violatio thori alieni s. fidei conjugalis. Huius poena de Jure Divi- 57
no indistincte capitalis est, Exod. XX, 10. a quo tamen hodie recessum, an 58
recte? temere non dixerim propter l. 1. §. 4. in fin. ff. ad Sconsult. Turpilian.
Novell 82. cap. 10. cap. 1. de sentent. & re judicat in 610 add B. Dn. Brunnemann:
in Dissertat. de spe cap. 3. n. 62. & Dn. Rhet. in Dissertat. de miseric. intempest:
cap. 2. n. 21. & seqq. Interim sic Praxis servat, ut distingvatur adulteri- 59
um simplex & duplicatum. Illius poena olim ex L. Julia, cujus autor 60
Augustus fuit, l. 1. ff. ad L. Jul. de adulter. non fuit capitalis, l. 2. §. 3. ff. de his
qui notant. infam. l. 14. §. 8. ff. de Test. l. 13. ff. de his quæ ut indig. l. 5. ff. de quest:
l. 4. §. 7. ff. de re militar. quamvis ad mortem extendi potuerit, §. 4. Inst: de
publicis judic. junct. citat. l. 5. ff. de quest. detento interim in adulterio ce- 61
prehenso per horas XXIV. donec judici puniendus offeratur. l. 25. in pr. ff.
ad L. Jul. de adulter. Impune enim interfici non poterat à Marito, l. 20. in 62
fin. & l. 22. §. 4. eod. nisi vilis persona fuerit, l. 24. ff. & l. 4. c. eod. add. Dn. Rhet
in Dissertat. de Miser. intempest. cap. 2. n. 39. & seqq. quamvis Patri plus indul-
geant leges. l. 20. & 23. Parag. 4. eod. Tandem Constantinus Imperator 63
in leg. 30. Parag. 1. C. ad L. Jul. de adulter. sacrilegos alienarum nuptiarum 64
gladio puniri constituit, Novell. 34. cap. 10. ubi tamen Justin. Imperator
pro solita in sexum seqviorem propensione, discrimen fecit inter adul-
terum & adulteram junct. auth. sed hodiè C. ad L. Jul. adulter. Et quamvis po-
stea Leo Imperator in Novell. 32. nasus amputationem utriqve dictaverit: 65
Jus tamen civile novum approbavit Carol. V. in Const. crim. Art. 120. licet in 66
fervis Ecclesiæ reformata, ubi monasteriorum ulus adeo frequens non
est, in locum detrusionis in Monasterium, quæ tunc temporis obtine-
bat fustigatio cum perpetua relegatione successerit quæ non nisi certis
de causis mitiganda. Carpzov. in in Prax. Criminal. part. 2. qst. 55. per tot. Jus Lu-
becens. hac in parte vix Juris nomen meretur libr. 4. tit. 6. Art. 3. quamvis 67
Lubecæ & Stralesundii sic usu observari compertum sit. Cum enim
poenæ commensurari debeant delictis, l. 11. ff. ex l. 14. C. de pæn. quæ est,
quæso! proportio inter furtum, quod Jus Lubecense (quamvis Jus civile 68
novum Novell 134. cap. 13. refragetur) ultimo supplicio vindicat, si V. flo-
renos ungaricos excedat libr. 4. tit. 1. art. 4. & adulterium, non simplex tan-
tum ibi. art. 3. sed duplicatum, quod castitatis furtū & latrocinium vocatur
Novell. 14. §. 1. & sacri legii instar habetur, l. 30. §. 1. C. ad L. Jul. de adulter. Carp-
zov. in Prax Criminal. part. 2. qst. 51. n. 28. & seqq. Unde non immerito cum B. 96
D. Dn. Mey. ad Dict. Art. 2. n. fin. minimum juxta constitut, Carolin. supra al-
legat.

70 legat. pronanciandum esse, conscientiosus Judex arbitrabitur. (5.) In-
 71 cestus sive in linea recta, *Parag. 1. Instit. de Nupt.* sive in collateralis propin-
 72 qua committatur. *l. fin. ff. de R. N.* Illius poena sine dubio capitalis est, *Carp-*
 73 *zov. in Prax. Criminal p. 2. quæst. 62.* tam in Masculo, quam in foemina
 74 etiam si uxor pro Marito, qui v. g. cum filia sua concubuit, intercedat
 75 *l. 38. Parag. 2. ff. ad L. Juliam de adulter. B. Dn. Clasen. ad Constitut. Carolin, Ar-*
 76 *tic. 117. pag. 465.* Hujus vero poena est fustigatio, cum perpetua re-
 77 legatione *Carpzov. d. libr. quæst. 73.* Minus quippe est delictum, quod
 78 juri Gent. in thesi non repugnat. *d. l. fin. Hahn, ad Vesenbec. tit. ff. de R. N. n. 4.*
 79 Et quamvis ex hujusmodi coitu, nati mamzeres. nec pro liberis habendi
 80 Jure Civili, *auth. ex complex. C. invest. Nupt.* adeo ut nec ipsi Parentibus, nec
 Parentes illis succedant, *Mev. ad Jus Lule, ens. libr. 2. tit. 2. Art. 9. n. 41.* nec alen-
 di à Patre, *d. auth. ex complexu,* imo nec olculandi nec salutandi, à Christi-
 anis, *can. caus. 35. qst. 8.* sed exules ab Ecclesia, etiam ad usq; X. generationem
Deut. 23, 2. Jure tamen Canonico novo alendi sunt à parentibus, *cap. 5. X.*
de eo qui dux. in Matrimon. quam poll. adulter. salva de cætero distinctione
l. fin. ff. d. R. N. Plura brevitatis ergo reticebimus.

§. 3.

76 In omittendo contraria sunt Nuptiis legitimis (1.) Viduitas, quam
 77 quidem veteres in Oriente LL. civiles plus æquo restrinxere, *Novell. L. 90.*
 78 & Jus Canon, adeo commendat, ut secundis nuptiis benedictionem in-
 79 videat, *cap. 1. & 3. X. de secund. Nupt.* & parum honesto nomine, honestæ
 fornicationis titulo insigniat *can. 9. caus. 31. qst. 1.* Eo tamen facilius admitti
 80 possunt, quod exempla in sacris, *Tob. 7, 11, Matth. 22, 24. & seqq.* nullibi,
 nec ab ipso Christo culpata, nec limitatam benedictionem divinam, *Ge-*
nes. 1, 28. & 8, 17. junct. text. prior. ad Corinth. 7, 39. depræhendimus, sed poti-
 us viduas juvenes nubere, ipse Apostolus hortetur. *ad Timot. V, 14.* Inde-
 que Majorum nostrorum, *Vide Tacit. de Morib. Germanor. cap. 19.* & aliarum
 79 Gent. Mores *Vide Plutarchus qst. Memorab. 10.* plus honestalis externæ, quam
 80 necessitatis & vivicomburium viduæ spontaneum, quod in India orien-
 tali memorabile narrat *Madelslo in Itinerar. part. 1. libr. 1. cap. 23.* nil nisi me-
 ram barbariem redolere in aperto est. Contra legitur *Fridericum II. Im-*
peratorem & Henricum VIII, Angliæ Regem successive 6. uxores habu-
isse, & circa annum hujus Seculi XVI. mulierem quandam Hollandicam
in pago Schloterdyn/ XXIV. Maritis successive nuptam. referente Cluvero
allegat à Dn. Knich. libr. 1. Polit. cap. 1. thes. 22. n. 1. in fin. Sicut i hodiernum pas-
 sim exempla prostant obvia, tertiâ, quartâ &c. vicibus nubentium vel
 dua

ducentium uxores. Unde quoque Jure civili ex L. antiqua Miscella vi- 87
dua nubere & legatum sub conditione viduitatis à marito relictum nihi-
lominus capere poterat, l. 72. Parag. 5. l. 79. §. fin. ff. de condit. & demonstrat. l. 2.
C. de indict. viduit. toll. Brisson. libr. 3. Antiquitat. select. cap. 3. licet jure novissi-
mo Novell. 22. cap. 43. & 44. in pr. hoc sit. Correctum B. Brunnemann. ad dict.
l. 2. add. Francisc. Niger. libr. 1. Controvers. forens. 43. per tot. eo, quod vulgo
credebatur animam defuncti contristari si contra prohibitionem vidua
nubisset d. Novell. 22. cap. 43. in med. Et hodiernum obtinet quod Mater & 82
Avia liberorum legitima tutrix futura (Dissent. Jus Lubecens. libr. 1. tit. 7.
Art. 12.) abjurare secundas nuptias non teneatur, Novell. 94. cap. 2. Art. Sa-
crament. C. quod Mulier Tutor. offic. fung. posf. quoniam sic promptum metu-
itur perjurium. Novell. 22. cap. 43. in med. Interim tamen non dixerim se- 83
cundas Nuptias à legum censura poenitus esse immunes, l. 3. & 5. & tot.
tit. C. de secund. Nupt. Jus Lubecens. lib. 2. tit. 2. Art. 8, 21. & 29. ibiq. B. Dn. Mevi-
us n. 23. quoniam haut raro, viduæ nupturientes novis Maritis, non res fi- 84
liorum solum, sed & vitam addicere solent. l. 22. in fin. C. de administrat.
Tutor. (2) Coelibatus, cujus iterum inter occultas libidines suas magni
ostentatores sunt Clerici Pontificii, virginitatem dicentes coelum im-
plere, sicuti Nuptiæ terram, can. 12. caus. 32. qst. 1. Scandalizantes verba ipsi-
us Christi, Matth. 19, 10. & seqq. & Apostoli 1. ad Corinth. 7, 1. & 27. 2. ad Corinth. 85
11, 2. passim. & male confundentes Conjugium spirituale Christi & animæ,
can. 41. caus. 27. qst. 1. cum seculari. Pejus adhuc concludentes: Si bonum
est mulierem non tangere, per d. tx ad 1. Corinth. 7, 2. malum ergo est eam
tangere, quia bono nihil contrarium est nisi malum, can. 11. caus. 32. qst. 1.
add. Pac. de probat. d. l. 2. cap. 2. per tot. quasi ipsemet Apostolus d. l. v. 28. non sa-
tis se explicaverit. Inter hæc pudicitiae figmenta Pontificii fallunt in- 86
cautam Plebem, mentientes castitatem, tanto numero, ut scribat Lansius
in Orat. pro Ital. pag. m. 752. jam temporibus Pauli IV. Pontificis inventa fu-
isse in Europa canobiorum, in quibus hæc terræ pondera vivunt 134000
ex quibus singulis, si modo 10. eligerentur robustissimorum fratrum,
posse exercitum cogi unius millionis & quadringentorum quadraginta
millium. Interim si dicendum quod res est, coelibatum simpliciter & 87
in se nec bonum nec malum esse, sed intentionaliter & respectivè talem
fieri posse, non negabimus, Vid. Aristot. 1. polit. 2. Gerhard. de Conjug. §. 490.
& seqq. Imo bono proximiorum asserimus, si concurrant ea, quæ docet
Id. ibid. §. 503. quamvis non præferendum matrimonio, ibid. Paragr. 504. 88
nec utilem societati civili l. 7. Paragr. 3. ff. d. bon. damnator. add. omnino Carp-

89 20r. in Jurispr. consistor libr. 2. Def. 4. & 5. Hinc olim apud Romanos con-
 stituti Censores, qui coelibatum prohiberent, Cicero libr. 3. de LL. cap. 3:
 Deindelata L. Papia Poppæa, cujus caput erat, ne cælibes quicquam ex
 90 testamento caperent, nisi intra 100. dies à morte testatoris nuptias con-
 traxissent. Bald. in Integro tractat. ad h. l. Moris quoq; fuit, ut in adipi-
 scendis honoribus maritus corrivalem s: competitorem coelibem ex-
 cluderet, licet majoribus suffragiis adjutum, l. 9. C. de Decurionibus. Dn:
 Knich. libr. Polit. cap. 1. th. 7. pag. 39. & ex Consulibus prior fasces lumeret,
 non qui senior, sed qui plures genuisset liberos, Gell. libr. 2. Noct. atticar:
 91 cap. 15. & coelibes alicubi Scarabæum annulo insculptum gestarent, quo-
 niam id animal sine foeminis esset Id. ibid. quamvis hoc sigilli genus
 quondam strenuis militibus indultum fuisse Autor sit Kirchmann. de an-
 nul. cap. 13. circ. pr. Hopping. de Jur. Sigillor. cap. 2. parag. 5. n. 96. Recentior ætas
 92 in ditione Palatinatus Odenald / coelibes vocavit Hagestolken / de quo
 93 verb. Vide Besold. & VVehnerus in Thesaur. pract. & alii Singulare illud est
 inter Protestantes, quod Archiepiscopus Cantabricensis in Angliâ requi-
 ratur coelebs esse, ex ratione tamen profus politica. Vid. Beckmaun. libr:
 94 2. Polit. cap. 7. thes. 9. Nos interim hic subsistimus, & supremo Numi-
 ni pro concessis, tam animi quam corporis viribus devotissimas exsol-
 yimus grates.

Corollaria.

1. **U**T omnis boni, sic & nuptiarum usus & abusus.
2. Nuptias quandoq; causam esse servitutis, praxis Po-
 meraniæ ostendit.
3. Nuptias occasionem dedisse libertati & contra, pœ-
 næ cremationis, jus Civile testatur.
4. Matrimonium solvit famulatum, non exacto licet lo-
 cationis tempore, ad exemplum regulæ: Kauff
 gehet vor Miete.

5.
Maritatum Dicere puellam, & virginem vocare vidu-
am absurdum non est.

6.
Sicuti supra probatum est, posse liberos ex nuptiis in-
justis nasci legitimos, ita nunc, vice versa aseri-
mus, spurios potuisse nasci ex nuptiis jure Gent.
licitis.

7.
Saltatio nec honesta nec turpis in se, sed arbitrii ho-
nesti.

8.
Unde nec invitus ad choreas adigi, nec quæ choream
denegat virgo (die einem den Tanz versaget /)
alapa justè pecutitur.

9.
Juenis transiens in domum nuptæ habitantis (der zu
einer wohnhafften Wittwe einfreyet /) non sequi-
tur ipsius domicilium.

SOLI DEO GLORIA.



Mactantur dicere puellam & virginem vocare virginem
 et ablatum non est
 Sicut nuptia probantur est prole liberos ex nuptiis in-
 talia nuptia probantur ut nunc vice versa referat
 nunc nuptios probat nuptia ex nuptiis in-
 talia
 Salatio nec honesta nuptia in se sed ablatum ho-
 nore
 Unde nec nuptus nuptia ablatum nec dicit choream
 debeat virgo (die tunc omnia sunt nuptia)
 aliquid nuptia probantur
 Invenit nuptus in domum nuptus habitans (die in
 nuptus nuptus in domum nuptus habitans) non sed
 in nuptus domum

SOLI DEO GLORIA







ULB Halle
004 529 26X

3



SP

VDA







JURIDICA;
 TUM EST
 IAS,
 DEO
Ordine approbante,
 GRYPHICA,
 DE
 CONSULTISSIMO,
 ALTHASARIS,
 Ord. ut & Moraliu
 Ordinario,
de suo, ætatem de-
 MAJORI,
etis publice ventilan-
et
 LIVONIUS,
 olitanus.
 PONDENS,
 M DC LXXXVI.

33.
 1686,1
 23

